nenꝺe ſũt aliq̃ regule terminoꝛuꝫ
vim ꝯfunꝺẽꝺi habentiũ. Quaruꝫ
pꝛima eſt iſta. Omne ſignũ vniuerſale af
firmatiuũ terminũ ſequentẽ ſe immeꝺia
te ꝯfunꝺit. cõfuſe ꝺiſtributiue mobiliter
ꝛ meꝺiate ſequentẽ. ſi fuerit terminꝰ ca-
pax ſue ꝯfuſiõis. cõfunꝺit confuſe tantũ.
ſimiliter ꝺeꝺucto ipeꝺimento alterius ſi
gni. vt oís hõ eſt animal. aut oís hõ aial
non eſt vtrobiqꝫ ſuppõit ly. homo. ꝺiſtri
butiue ꝛ ly. aial confuſe tantũ. Et notan-
ter ꝺĩ. ſi fuerit capax cõfuſionis. pꝛimo ꝓ
pter terminos ſingulares qui nõ pñt cõi
ter ſupponere. 2° pꝛopter tales pꝛopoſi-
tiones. viꝺens oẽm hominem eſt animal
aſinus cuiuſlibet hominis currit. nec ly.
animal. nec ly. currens. cõfunꝺitur. qꝛ nõ
graꝺitur virtus ſigni vſqꝫ aꝺ pꝛeꝺicatuꝫ
ex quo eſt pars ſubiecti. Dicitur ſecunꝺo.
ꝺeꝺucto impeꝺimento alterius ſigni. qꝛ
in iſta ꝓpõne. non oís homo eſt aial non
ſupponit ly. hõ. ꝺiſtributiue. ſeꝺ ꝺetermi
nate per vnã regulã ꝑtinenteꝫ aꝺ hãc ma
teriã. vꝫ. Quicqꝺ mobilitat imobilitatuꝫ
imobilitat mobilitatũ. i. qꝺ́lꝫ ſignuꝫ hñs
vim ꝺiſtribuenꝺi aliquem terminũ ſi ipꝫ
reperit non ꝺiſtributum facit ipſuꝫ ſtare
ꝺiſtributiue. ꝛ ſi ipſuꝫ reperit ꝺiſtributũ
facit eum ſtare non ꝺiſtributiue. i. ꝺeter-
minate vel confuſe tantũ. Exemplum pꝛi
mi ſubiectũ huius. homo currit. ſtat non
ꝺiſtributiue. iõ aꝺueniẽte ſigno vli ſtabit
ꝺiſtributiue ꝺicenꝺo. oís hõ currit. Et qꝛ
iam ſtat ꝺiſtributiue. iõ aꝺueniente alio ſi
gno congrue. ſtabit nõ ꝺiſtributiue. viꝺe
licet nõ oís hõ currit. ❡ Itẽ notãꝺũ ꝙ ſi
ꝺuo ſigna affirmatiua caꝺũt ſup eunꝺeꝫ
terminũ faciũt illũ ſtare ꝺeterminate. vt
tu ꝺiffers ab oi homine. Et ſi vnũ fuerit
affirmatiuũ ꝛ reliquũ negatiuũ itex faci-
unt ipꝫ ſtare ꝺetermiate. vel tu nõ ꝺifferſ
ab hoie. nõ quilibet hõ currit. ẽt ſi ambo

> distributiua imo-bilis

sint negatiua. et imediate cadāt sup eūdē faciūt illū stare determiate, vt nonnull⁹ hō currit. Si aūt imediate cadāt ita ꝙ medi et termin⁹ distribut⁹. faciūt illū stare ꝯfu se tantū. vt nullus hō nō currit. p3 ꝙ ly. currēs stat ꝯfuse tātū. q2 illa ꝓpō equiua let isti. quilibet hō currit. vbi ly. currens stat confuse tantū. Similiter dicendo nō aliquis homo nō est animal. supponit ly. animal ꝯfuse tantū. vt p3 per suam equiualentem. v3. quilibet homo est animal. vbi ly. aial stat ꝯfuse tantū. ¶ 2ª regula ē ista. Omnia signa negatiua non impedita confundūt confuse distributiue mobiliter tam terminum sequentem mediate. ꝗ̄ imediate. dūmodo fuerit capax sue cōfusionis. ver. g. non homo currit nullus hō disputat. tam subm ꝗ̄ predicatū stat ꝯfuse distributiue mobiliter. S3 i ista. asinus nullius hois est aial. ly. aial. nō stat distributiue. q2 nō capit ꝯfusionē a signo pp limitationē factā a subo cui⁹ est pars. ¶ 3ª regula est ista. Ois ꝯparatiuus gradus et superlatiu⁹. ita sicut tā et ꝗ̄ dft. aliud. et nō idē. et ista verba. careo. et idigeo. ꝯfundunt distributiue mobilr̄ ṫminū sequentē imediate capacē istius ꝯfusiōis. et oi alio ipedimēto deducto. vt tu es forti or hoie. tu es fortissimus hoiu3. tu es ita fortꝭ sicut aliqs hō. tu differs ab hoie. tu es aliō ab hoie. vel nō idē hoi. ego careo vel idigeo pecunia. In oibus istis stat distributiue mobilr̄ termin⁹ sequens signa noiata. Sed notandū est ꝙ cōparatiuus gradus confundit ꝯfuse distributiue mobiliter terminū a se rectū ex nā compara tionis. ablatiuū aūt rectum ex natura excessus confundit confuse tantū. vt ego sū maior te longitudine vnius brachij. supponit ly. lōgitudine. ꝯfuse tātū. Itē nullus hoꝝ terminorum confundit distributiue nisi terminū a se rectu3 a parte post. vñ dicēdo. hoie est fortior equ⁹. vel ab homine differt asinus. nō supponit ly. equ⁹. nec ly. asinus distributiue. sed solū determinate. ¶ 4ª regula. Dictio exclusiua cōfundit confuse tantū mobiliter terminu3 cōem imediate sequentem et mediate sequentē. ꝯfuse distributiue mobilr̄. vt tm̄ hō est aial. ly. hō. supponit ꝯfuse tm̄ mobilr̄. et ly. aial distributiue mobilr̄. ¶ 5ª regula. Dictio exceptiua ꝯfundit suū casuale si est termin⁹ cōis ꝯfuse tm̄ mobilr̄. vt nullum aial preter hoiem currit. oīe aial pter hoiem currit. ly. hoiem. stat ꝯfuse tm̄ mobilr̄. ¶ 6ª regula. Dictio reduplicatiua suū casuale confundit ꝯfuse tm̄ mobilr̄. ꝑdicatū ꝯfuse tm̄ imobilr̄. vt sor. in quantū homo est aial. ly. hō. stat confuse tantum mobilr̄. et ly. aial imobiliter. quia sub primo contingit disiunctim descēdere et non sub scōo. ¶ 7ª regula termini cōcernentes actum mētis. vt scire. credere. dubitare. et h⁹i confundunt confuse tātu3 mobiliter. Exemplum. Ego scio aliqua3 ꝓpōnem. ly. propositionē. stat cōfuse tm̄ mobiliter. q2 bene sequiť. Ego scio aliꝗ̄ ꝓpōnem. et ille sūt oēs ꝓpōnes. ergo scio illa3 vel illam. vel sic ꝺ singulis. ¶ Octaua regula. Omnia aduerbia numerabilia. bis. ter. quater. et h⁹i. ꝯfundūt ꝯfuse tātū mobilr̄ terminū sequentē se. vt bis comedi panē. ter potasti vinū. supponit ly. panē. et ly. vinū. ꝯfuse tm̄ mobilr̄. Nā sic illa vice. et illa vice cum iterruptiōe tpis comedi panē. ita illū vel illū pane3. ¶ 9ª regula. termini modales noialiter et aduerbialiter sumpti in sensu ꝯposito ꝯfundūt confuse tm̄ imobilr̄ oēs terminos cōes n̄ distributos vel sequanť vel precedāt. vt necessario hō est aial. et hoiem esse aial ē necessariū. ¶ 10ª regula. ista verba icipit. et desinit. ꝯfundunt terminū sequētē cōe3 nō distributū ꝯfuse tm̄ imobiliter. et ly. imediate. in eis inclusū mobiliť. vt tu incipis vel desinis scire aliquā ꝓpōnē. ly. ꝓpōnē stat ꝯfuse tm̄ imobilr̄. q2 non lic3 descēdere. et ly. ꝓpōnē. i illa imediate añ. h̄ sciuisti aliquā ꝓpōnem. stat ꝯfuse tm̄ mobiliter. Sed h̄ clare intelligeť viso tractatu de ꝓbationib⁹ terminoꝝ. ¶ Undecia regula. Ista verba. ꝓmitto. debeo. obligor. ꝯfūdūt ꝯfuse tm̄ imobiliť. vt ꝓmitto tibi denariū. ly. denariu3 stat imobiliter.

q₂ nõ l₃ descẽdere. ¶ Duodecima regula ẽ ista. Nota ꝯditiõis ⁊ rõis oẽs suos ter mios cões nõ distributos ꝯfundũt ꝯfuse tm̃ imobilr̃. ⁊ hoc i ordie ad hypothetica͂ vt si hõ ẽ aial ẽ. hõ currit. ergo aial currit. ¶ Notãdũ ꝑmo: ꝙ licet nullus terminus distributiuꝰ habeat vĩ supra terminũ p̃ce dẽtẽ. tñ hñ h₃ vi₃ supra illũ terminꝰ ꝯfusi uus ꝯfuse tm̃. nõ tñ qlib₃ s₃ solũ ille q dif ferẽter ante se ⁊ post se determiat ꝯpõnẽ verbalẽ. vñ illi termi. oĩs nullꝰ ⁊ hmõi nõ ꝯfundũt aliquẽ terminũ p̃cedẽtẽ. q₂ i q̃li b₃ istaꝝ. aliqs hõ oẽ aial ẽ. aliqs hõ nullũ aial ẽ. suppõit ly. hõ d̃termiate. Similr̃ nec ista verba. icipit: vel desinit: vel ꝓmit to: q₂ dñdo hõ icipit eẽ. aut d̃nariũ ꝓmit to. tã ly. hõ ꝙ ly. d̃nariũ. stat d̃termiate. s₃ dicẽdo. hoie₃ eẽ aial ẽ scitum a me aut hoie₃ ñ eẽ ẽ ipossibile vl̃ hõ ẽ aial necio. supponũt oẽs illi termi cões ꝯfuse tm̃: l₃ p̃cedãt. ⁊ hoc iõ q₂ illi termi faciẽtes sẽsũ ꝯpositũ vl̃ diuisu₃: ita determiant ꝯpõnẽ añ se sic̃ post se. ⁊ ita ꝯñr dicat̃ de nota rõ nis ⁊ ꝯditiõis: ꝙ ꝯfundũt añ se. ¶ Scd̃o notãdũ ꝙ terminꝰ hñs solũ vi ꝯfundẽdi ꝯfuse tm̃ nõ ipedit distributiõ₃ termi: l₃ i terdũ ipediat eiꝰ descẽsu₃. ver. gr̃a. dñdo. oĩs hõ ẽ aial. ly. hõ stat distributiue. ⁊ ita stat dicẽdo necio. oĩs hõ ẽ aial. s₃ ẽ dr̃ia. q₂ in ꝑma stat mobilr̃ ⁊ i scd̃a imobilr̃ ꝓꝑ aduẽtũ termi modal̃. Dico igr̃ ꝙ oẽs ter mini hñtes solã vi ꝯfũdẽdi terminũ imo bilr̃ ipediũt descẽsum: ⁊ ita imobilitãt. s₃ alij hñtes solã vi ꝯfundẽdi ꝯfuse tm̃ mo bilr̃ ñ ipediũt descẽsũ: ⁊ ita ñ imobilitãt. vñ seq̃t̃. Scio oẽ₃ ꝓpõnẽ: ⁊ iste st̃ oẽs ꝓ-põnes̃. g̊ scio istã ⁊ scio illã. ⁊ sic d̃ singul̃. ¶ Tertio notãdũ: ꝙ si duo signa distri-butiua cadũt suꝑ aliquẽ terminũ quoꝝ ñ q̃dl₃ ꝑ se sũptũ caderet distributiue suꝑ eũdẽ terminũ: nullũ illoꝝ ipedit reliquũ. ver. g. oĩs hõ oẽ aial ẽ. ly. aial. stat distri-butiue ñ obñte ꝙ p̃cedãt duo signa distri butiua. q₂ ꝑmũ ꝑ se sũptũ ñ distribueret ly. aial. s₃ facẽt ip₃ stare ꝯfuse tm̃. silr̃ oĩs hõ nõ aial ẽ. ⁊ ita dñdo a sorte differt oĩs homo. supponit ly. homo distributiue. nõ obstãte ꝙ p̃cedãt duo signa. q₂ ꝑmu₃ sumptũ sine secũdo ñ distribueret ly. hõ. dicendo a sorte differt hõ. q₂ ly. differt. ñ distribuit nisi terminũ rectũ a ꝑte post. vt dictũ est. Nõ ꝯsimili dico i ista. tu es for tior ꝙ hõ. ꝙ ly. homo. stat distributiue nec ꝑmũ signũ ipedit: q₂ ꝑ se sumptũ nõ distribuit aliquẽ rectũ: vt declaratũ ẽ su-pra. s₃ dñdo nullꝰ hõ nõ ẽ aial. tu differs ab oĩ hoie vl̃ tu es albior oĩ albo. impedi tur distributio termini vltimi. q₂ p̃cedũt duo signa: quoꝝ quodlibet sine altero di stribueret terminũ illũ. q̃re. ⁊c̃. Cap. 6.

d E suppositõe relatiuoꝝ sequit̃ ꝑ tractare. vbi q̃dã diuisiões sũt p̃ mittẽde. ¶ Prima est ista. Rela tiuoꝝ q̃dã sunt relatiua sub̃e. vt: q: que: qđ. Et q̃dã accidẽtꝫ: vt aliqs: q̃lis: tãtus: quãtꝰ: ⁊ similia. ¶ Secũda diuisio ẽ ista. Relatiuoꝝ sub̃e q̃dã sunt idẽtitatꝫ. vt q. iste. ille. hic ⁊ is. Et q̃dã diuersitatꝫ. vel aliꝰ. alter. reliquꝰ. ⁊ hmõi. ¶ Tertia diui sio ẽ ista. Relatiuoꝝ identitatꝫ q̃da₃ sunt reciproca. vt sui. meꝰ tuꝰ. suꝰ. Quedã ñ re ciproca. vt ille. ipe. ⁊ hmõi. ¶ Quarta di uisio ẽ ista. Relatiuoꝝ reciprocoꝝ q̃dam sunt possessiua. vt tuꝰ. suus. Et q̃dã ñ pos sessiua. vt se. ¶ Quinta diuisio ẽ ista. Re latiuoꝝ accidẽtis q̃ddã ẽ identitatꝫ. vt ta lis. ⁊ tãtus. quoddã diuersitatꝫ. vt aliuſ-modi. ¶ His diuisionibꝰ p̃missis sit h̃ ꝑ ma regula. Relatiuũ diuersitatis sub̃e ⁊ relatiuũ possessionis nõ supponũt ꝓ illo pro quo suũ añs. ex^m^ primi. Duorũ ꝯdi-ctoriũ vnũ est verũ ⁊ reliquũ est falsu₃. pa tet ꝙ pro alio supponit ly. vnũ. a. pro alio ly. reliquũ. Exẽplũ secũdi aliqs hõ currit ⁊ suus asinus iacet. suppõit añs ꝓ hoie. ⁊ relatiuũ pro asino. ¶ Secũda regula ẽ ista. Relatiuũ identitatis sub̃e nõ posses siuũ semper supponit ꝓ eo ꝓ quo suum añs in cõparatiõe tamẽ ad alterũ extre-morũ. Exẽplũ de relatiuo identitatꝫ sub̃e nõ reciproco. vt aliqs hõ currit ⁊ ille dis-putat. supponit ly. ille. nõ absolute ꝓ ali quo homine. s₃ pro aliquo homine currẽ te. ideo non significat secũda pars absolu

te ꝙ aliquis hō disputat. sed qđ aliqs hō
currēs disputat. Siłr h⁹ copulatiue aliqs
hō est latro ⁊ tu es ille. nō significat scđa
ps p̄cise ꝙ tu es aliquis hō. qꝛ tūc illa co
pulatiua eẜet vera. sed ꝙ tu es aliqs hō
qui ex latro. Ex quo seqꝛ ꝙ hec ē falsa. ali
quis hō est aial ⁊ asin⁹ est illđ. qꝛ scđa ps
significat assertiue ꝙ asinus ē aial qđ est
aliqs hō. ⁊ p idē h ē falsa. aliqs hō ē sor.
⁊ pla. ē iste. sed h est vera. aliqs hō ē sor-
tes ⁊ pla. nō ē ille. qꝛ pla. aliquis hō ē q
sortes nō est. et ista ē vera. aliqs hō nō est
sor. ⁊ pla. nō est ille. qꝛ plato cicero nō ē ⁊
cicero est aliqs hō q nō est sor. ¶ Itē ꝯce
ditur ꝙ aliquis hō nō est sor. ⁊ pla. ē ille.
qꝛ pla. aliquis hō qui nō ē sortes [illegible]. qm̄
pla. est ipsemet q nō est sor. Exēplū de re
latiuo idētitatis subē reciꝓco vt ois hō
videt se. supponit ly se ꝑ hoīe nō absolute
sic itelligēdo. ois hō videt oēm hoīez: sed
referēdo singula singulis. vt iste hō videt
se: ⁊ ille hō videt se: ⁊ sic de singulis. Si-
militer dicaꝛ de illa ois hō hn̄s filiū dili
git illū. ¶ 3ª regula est ista. Relatiuū idē
titatis accidētis semꝑ supponit ꝑ sili: vel
equali illi ꝑ quo suppōit suū an̄s. ver. g.
sor. est alb⁹ ⁊ talis ē plato. vel sor. est alb⁹
q̄lis est plato: supponit relatiuū nō ꝑ sor.
sed ꝑ sili sor. Siłr in illa sor. ē bicubitus ⁊
tantus ē pla. suppōit relatiuū ꝑ eq̄li sor.
¶ 4ª regula est ista. Relatiuū diuersitatꝭ
accidētis semꝑ suppōit ꝑ dissimili illi ꝑ q̄
suppōit suū antecedēs. vt cign⁹ est alb⁹ et
aliusmodi est coru⁹. Ex quib⁹ duab⁹ regulꝭ
sequiꝛ q̄nta. vꝫ ꝙ relatiua accidētiū tā idē
titatis q̄ꝫ diuersitatis suppōit ꝑ alio sup
posito sui antecedētis. patet regula ex ex
emplis. Cap. 7.

e x quo patuit ꝑ quib⁹ relatiua sup
ponūt restat ostēdere eorūdē mo
dos supponēdi. Sit g̊ hec prima
regula. Relatiuū diuersitatis subē nō sē
per suppōit eodē mō sicut suū antecedēs
sed ꝯm exigentiā sui signi vel situs. Vn̄
aliqn̄ supponit eodē mō. vt vnus hō cur-
rit ⁊ alius disputat. Ois ꝓpō vera ē neces
saria: ⁊ ois alia est impossibilis. In p̄ma
an̄cedens ⁊ relatiuū supponunt determi
nate: ⁊ i secūda ꝯfuse distributiue. Aliqn̄
an̄cedens suppōit magis ꝯfuse q̄ꝫ suū re-
latiuū. vt ois ꝯditionalis vera est necessa
ria ⁊ alia est impossibilis. suppōit an̄s di
stributiue ⁊ relatiuū determinate. aliquā
do ecōuerso. relatiuū diuersitatis substā
tie suppōit ꝯfusi⁹ q̄ꝫ suū an̄s. vt aliqs hō
est niger ⁊ nullus ali⁹ ē alb⁹ an̄s supponit
determiate ⁊ relatiuū distributiue. Siliꝛ
aliquis hō legit ⁊ tm̄ alius disputat: re-
latiuū ꝯfuse tm̄ ⁊ an̄s determiate. ¶ 2ª re
gula est ista. Oē relatiuū idētitatis subē, i
eadē cathegorica sui an̄cedētis semꝑ sup
pōit eodē mō sic suū an̄s. ꝓbaꝛ iductiue.
vt ois hō qui currit moueꝛ relatiuū sup-
ponit cōfuse distributiue. ⁊ i ista ois hō ē
aial qđ est rōnale: supponit ꝯfuse tm̄. ⁊ in
ista. hō q disputat legit suppōit determi
nate. ⁊ i ista. sor. qui currit nō sedet: sup-
ponit relatiuū discrete. ¶ Idē est iudiciū
de reciꝓcis tā possessiuis q̄ꝫ nō posses-
siuis. vt ois hō videt se. ly. se. stat ꝯfuse di
stributiue. Et i ista. aliquis hō diligit filiū
suū. ly. suū stat determiate. Et i ista. pater
sor. vocauit illū. ly. illum. stat discrete. Ex
ista regula sequiꝛ ista ꝯclusio. ꝙ aliq̄ ē ꝓ-
pō vl'is affirmatiua hn̄s p̄cise vnū signū:
cui⁹ p̄dicatū stat ꝯfuse distributiue. vt qli
bet hō ē ipsemet. ¶ 2ª ꝯclusio est ista. Si
gnū vl'e affirmatiuū ita hꝫ vim distribuē
di a parte p̄dicati sic a ꝑte subiecti. ¶ 3ª
ꝯclusio. Aliqui duo sūt termini cōes seq̄n
tes signū vl'e affirmatiuū nō impeditūz ꝑ
aliud signū: quoꝝ remotiorē distribuit: ⁊
nō ꝓpinquiorē. pꝫ. vt ois hō ē videns se.
vbi ly se stat ꝯfuse ~~tm̄~~. ⁊ ly videns cōfuse
distributiue
tantū. Et si ꝯ̄ istas ꝯclusiones adducātur
regule quinti capituli h⁹ tractat⁹. s. ꝑ ma
iori euidentia. Dicaꝛ ꝙ ille regule intelli
ganꝛ extra mām relatiuoꝝ. Contra istam
regulā arguiꝛ. qm̄ dato ꝙ ly se distribua
tur i dicta ꝓpōne: sequiꝛ istā ꝯn̄az fore bo
nam. Ois hō videt se. ergo ois hō videt
ois homo videt se
oēm hoiem. Dī ꝙ stat distributiue nō ab
solute: sed referendo singula singulis. vꝫ
iste hō videt se. ⁊ ille hō videt se. ⁊ sic đ sin

gulis. Ex quo infero istā ꝯñam non vale-
re tātū. sor. videt se. ergo oē videns se est
sor. qꝛ ly. se in prima suppōit discrete: ⁊ i
scđa distributiue: sed bene sequit᷑: g̊ oē vi
dens sor. est sor. ¶ 3ª regula ē ista. Oē re
latiuū idētitatis sub͛e hypothetice relatū
ad suū añs supponēs ꝯfuse tantū nō sup
ponit eodē mō sed determiate: hn̄do re-
spectū ad totā ꝯpōnē sui añcedentis. vt
ois hō est aial: ⁊ istud ē rōnale. relatiuum
stat determiate. ⁊ iō secūda ps est falsa: ⁊
significat assertiue ꝙ aial. qđ ē ois hō est
rōnale. qđ est falsū. qꝛ nullū est aial qđ est
ois homo. Silr̄ ista est falsa. Ego idigeo
oculo ad videndū: ⁊ illo idigeo. qꝛ nullo
oculo indigeo ad videndū. vbi ē aduertē
dū ꝙ ly. indigeo. cum suo gerundio: ꝯfun
dit ꝯfuse tm̄. ⁊ sine illo ꝯfundit ꝯfuse di-
stributiue. ¶ 4ª regula est ista. Oē relati-
uum idētitatis sub͛e hypothetice relatum
ad suū añcedens supponēs discrete đter
minate: vel distributiue: supponit eodem
mō sicut suū añs hn̄do respectū ad totam
ꝯpōnē sui añtis. vel ad alteꝝ extremoꝝ.
iō ꝯcedit᷑ q̄libet istaꝝ. aliquis hō ē ⁊ tu es
ille ⁊ aliquis hō ē ⁊ nō tu es ille. scđa non
significat ꝙ tu nō es aliquis hō qui ē. sed
ꝙ tu aliquis hō qui ē nō es. ⁊ hoc ē verū.
vñ nō semꝑ ē licitū loco relatiui ponere su
um añs nisi seruet᷑ eadem suppō. ¶ Item
sequit᷑ ꝙ ista ē fr̄a. aliquis hō ē ⁊ quilibet
hō ē ille. qꝛ ex q̄ ly. ille. stat det͛miate. scđa
ps significat ꝙ aliqs hō ē qlꝫ hō. sed ꝯce-
dit᷑ ꝙ qlꝫ hō ē aial. ⁊ idē est risibil᷑: qꝛ rela
tiuū distributiuū nō refert i ꝯpatōe ad to
tā ꝯpōnē. sed solū ad alteꝝ extremoꝝ: ñ
distributū v̄o hn̄ refert añs hn̄do respe-
ctū ad totā ꝯpōnē. Ex ista regula seq̄t᷑ ꝓ-
mo ꝑma ꝯclusio: ꝙ aliq̄ ē vl'is affirmati-
ua hn̄s solū vnū signū cui⁹ p̄dicatū ē ter-
minus cōis: ⁊ nō stat ꝯfuse tm̄ sed det͛mi
nate. pꝫ de p̄dicato scđe ptis hui⁹ copula
tiue. aliqs hō ē ⁊ qlibꝫ hō ē ille. ¶ 2ª ꝯclu
sio. Signū vl'e affirmatiuū non ipeditū p
aliud signū nō ꝯfundit ꝯfuse tm̄ t͛minū
cōem mediate sequētē i eadē cathegorica
Nec h̄ ē icōueniēs. qꝛ h̄ nō est rōe signi:

sed relatiui nō potētis recipe ꝯfusionē il-
lam pp dependentiā quā hꝫ ad suū añs.
⁊ ita nulla istaꝝ ꝯclusionū aut p̄cedentiū
est ꝯ regulas qnti capl'i. qꝛ aut ipedit᷑ si-
gnū: aut terminus nō est capax confusio
nis. ¶ 5ª regula est ista. Relatiuum acci
dentis siue identitatis siue diuersitatis ñ
semper supponit eodem modo sicut suuꝫ
añs: sed ₛm exigentiā sui signi vel sit⁹. vn
de aliqñ suppōit eodē mō vt aliqs homo
ē alb⁹ ⁊ tal' ē equ⁹. ois hō alb⁹ legit ⁊ nul-
lus talis disputat. aliquādo supponit an
tecedēs magis ꝯfuse. vt omne albū cur-
rit. ⁊ tale disputat. aliqñ econuerso relm̄
supponit ꝯfusi⁹. vt aliquis homo est alb⁹
⁊ nullus coruus est talis. aliqs homo est
niger: ⁊ qlibet ethiops ē talis. in qualibꝫ
istarum supponit antecedens determina
te ⁊ relm̄ i vna distributiue: ⁊ in alia cōfu
se tm̄. idem est iudiciū de relatiuo diuer-
sitatis accidētis. supponit eni interdū cō
fusius q̄ȝ suū antecedens. vt aliqs homo
ē niger. ⁊ nō huiusmodi est coruus. ¶ 6ª
⁊ vltima regula generalis est ista. Omne
relatiuū mundi supponit eodē modo sic᷑
suum antecedens. intelligendo de modo
supponendi vl'i. ita ꝙ si antecedēs suppo
nit materialiter ⁊ relm̄ similiter. si perso-
naliter ⁊ relatiuum similiter. ver. gra. ho
mo est species ⁊ istud est nomen. tam re-
latiuum q̄ȝ antecedens suppōit materia-
liter. sed dicendo. homo est animal ⁊ ille
est risibilis. tam relatiuum q̄ȝ antecedēs
supponit personaliter. Regule ergo su-
periores de modo supponendi relatiuoꝝ
debent intelligi quo ad modos suppon̄e
di spāles pertinētes ad suppōnē discre-
tā. determinatā confusa tm̄, aut distributi
uam. ⁊ h̄ pro mā relatiuorum dicta suffi-
ciant. quare ⁊c. Cap. 8.

Iam de suppositiōe q̄ fit respectu diuersoꝝ tempoꝝ penes ampliatione ⁊ appellationeꝫ expedit ꝑ-
tractare. vñ ampliatio est acceptio termi-
ni temporaliter sūpti vltra ꝯsignificatōeꝫ
verbi principalis vel participij eiusdem.
¶ Pro cuius diffōnis declaratiōe pria

regula sit hec. Ois terminus supponens respectu verbi de pterito vel pticipij sui a pte ante. ampliat ad supponedū p eo qd ē vel fuit. ver. g. albū fuit nigrū. n supponit ly albū: pro eo qd fuit albū precise. aut solum p eo qd ē album. sed disiūcti pro eo quod est album vel fuit album. Ex quo sequit veritas istarum propositionū. ¶ Prima. virgo fuit pregnans: p3. q2 que ē aut fuit virgo: fuit pregnans. ¶ 2a ppositio. Puer fuit senex. non quidē quando fuit puer. s3 postq̄ fuit puer. ¶ 3a propositio Album fuit quādo nullam habuit albedinem. p3. q2 id quod est vel fuit albu3. fuit quando nullā habuit albedinem. dato q nunc aliquid sit albū quod continue ante hoc fuit nigrū. Cōsimiliter est dicendū si fuerit participiū predicatum respectu huius verbi est. vt aliqs homo est mortuus. p3. q2 ly homo supponit pro homine qui est vel fuit: et significat illa ppositio q aliquis hō qui est vel fuit est mortuus. Et cōceditur vt prius q virgo est corrupta. q2 istoq̄ est vel fuit virgo est corrupta. ¶ Secunda regula est ista. Omnis termin9 supponens a parte ante respectu verbi de futuro vel sui participij. suppōit pro eo qd est vel erit. verbi gratia. homo generabit supponit subiectum pro homine qui ē vł erit. ideo significat ista ppositio q qui est vel qui erit homo generabitur. Ex ista regula sequitur veritas istarum ppositionum. ¶ Prima. Senex erit puer. patet. q2 q est vel qui erit senex: erit puer. ¶ Secūda. Corrupta erit virgo. q2 que est vł q̄ erit corrupta: erit virgo. ¶ Tertia ppositio. Decapitatus cantabit. q2 qui est vel q erit decapitatus: cātabit. Idem est iudiciū de suppositione respectu sui participij. vt homo est generādus. significat. n. ista ppositio q qui est vel qui erit homo ē generandus. ¶ Tertia regula ē ista. Ois terminus supponēs a parte ante vel a parte post respectu huius verbi: cōtingit: vł sui participij. supponit pro eo quod ē vel contingit esse. vt album ptingit esse nigrum. denotat q id qd est vel contingit esse album contingit esse nigrum. et ita dicat de ista sedentem ptingens est currere. ¶ 4a regula ē ista. Omnis terminus supponēs a pte ante vel a pte post respectu hui9 verbi. pōt. vel sui pticipij: aut termini vbalis desinentis i bilis. vel in bile. suppōit p eo qd est vel pōt eē vt albū pōt eē nigrū denotat. q illud qd est vel pōt esse albū pōt esse nigrum. Ex ista regula sequūt alique ppositiones. ¶ Prima. Creans pōt esse deus. dato q deus nō creet. q2 qd est vel potest esse creās potest esse deus. ¶ 2a ppositio. Calidissimū pōt esse calidi9 q2 qd est vel pōt esse calidissimū pōt eē calidi9. ¶ Tertia ppō. Infimū pōt esse inferius. q2 qd est vel pōt esse infimū: pōt eē iferi9. Idē est iudiciu3 de participijs et termino verbali. iō pcedit q genitū est generabile et corruptū est corruptibile. Pria significat q illud qd ē vel pōt esse genitū est generabile. 2a significat q illud qd est vł pt esse corruptū est corruptibile. ¶ 5a regla est ista. Ois terminus supponēs a parte ante vel a parte post respectu hoz verborum. incipit. vel desinit. aut suoz participioz. suppōit p eo qd ē aut icipit vł desinit eē. vt albū icipit vel desinit eē dnotat q illud qd est aut incipit vel desinit eē album incipit vel desinit esse. et ita de participio dicat. ¶ Sexta regula est ista. Ois terminus supponēs a parte añ vel a parte post respectu verbi vel participij hñtis nām transeundi indifferenter ad possibile et imaginabile supponit indifferēter p eo qd est vel potest esse imaginabile sicut sunt ista verba. cognosco. intelligo. et h9i. Cum ergo dicitur rosam intelligo. aut cognosco. denotat q rosam que est vel que pōt esse vel est imaginabilis ego itelligo. vel cognosco. Vñ ita intelligit vel cognoscit illud qd nō pōt esse. sicut illud qd potest esse. Intelligo nanq3 chimerā vł mōtem aureū quoz nullū pōt esse. Et intelligitur hec regula de termio recto a parte post a verbo actiuo. vel de recto a pte añ a verbo passiuo. siue preponatur vel postponat. ¶ Ex predictis regulis seqt pri-

tiõe.ꝙ a tertio adiacēte:scḋm adiacēs cū predicato ꝑticipio āpliatiuo.nō valet argumētū.vñ nō sequit̄. Adā est mortuus. ergo adā est. antichristus est futurus.ergo antichristus est. ¶ Secūdo sequit̄.ꝙ ista nō est bona cōuersio. antichristus est futurus.ergo aliquod futurū est antichristus.q2 in antecedente supponit ly. antichristus ampliatiue.⁊ in cōseqnēte.nō:iō deberet sic couerti.aliquod futurū est vel erit antichristus. ¶ Tertio sequit̄.ꝙ iste syll'o non valet.Omne futurū est antichristus futurus est.ergo antichristus est. q2 in ꝯclusione nō supponit ly.antichristus. āpliatiue.vt ĩ minori.ꝓpterea mior dēat cē talis antixp̄s.ē aliquod futurū.vbi ly. futurū tenet̄:noīaliter.sicut in maiori ⁊ ñ ꝑticipaliter.quare ⁊c. Cap. 9.

Appellatio est acceptio termini ĩ ꝓpōne hñtis respectū ad naturaꝫ verbi vel participij eiusdē.vt aliquis homo ē.ly homo suppōit pro hoīe. ⁊ non ꝓ quolibet homine indifferēter. sꝫ solum ꝓ homine q est. Ut ergo clarius intelligat̄ hec diffinitio/notādū ꝙ appellatio sic diuidit̄.quoniā aliq vocat̄ appellatio tēporis/aliqua ampliationis:⁊ tertia forme. Appellatio tp̄is est acceptō termini in ꝓpositione ꝓ aliquo vel pro aliqbus secundū solā cōsignificationē verbi. vel ꝑticipij eiusdē.vt albū fuit nigrū.lꝫ ly albū supponat pro eo quod ē vel fuit album tñ ly.nigrū. nō supponit nisi pro eo qḋ fuit nigrū ⁊ verbū eiusdē cōsignificat solūmō p̄teritiue.ideo ly. nigrū appellat solum tēpus p̄teritūꝫ. ¶ Prima regula. Oīs terminus supponēs respectu v̄bi de p̄hti nō ampliatiui.nec distracti ꝑ participiū ampliatiuū appellat tp̄s presens. vt hō est animal.vel sor.currit. qlibet illoꝝ terminoꝝ.tā a ꝑte subiecti ꝙ̄ a ꝑte p̄dicati.suppōit solūmō ꝓ eo qḋ ē. ¶ Scḋa regula ē ista. Omnis termin⁹ sequēs v̄bum āpliatiuū p̄teriti tp̄is vel futuri appellat tp̄s p̄teritū aut futurū.vt hoc fuit albū vl' h erit nigrū.supponit ly albū ĩ p̄ma propositione p̄cise ꝓ eo qḋ fuit albū. ⁊ in secūda p̄cise ꝓ eo qḋ erit nigrū. Appellatio ampliatiōis est acceptio termini ampliatiue sūpti limitati ꝑ terminū ampliatiuū precedētem.vt hoc pōt esse albū suppōit ly.albū ampliatiue a ꝑte post: sicut a ꝑte añ.sꝫ a ꝑte añ nō appellat.a ꝑte v̄o p⁹ appellat supple:āpliationē. ¶ Pria regula ē ista. Oīs termin⁹ sequēs aliqḋ istoꝝ verboꝝ:incipit:vel desinit:vel aliquḋ suoꝝ participioꝝ appellat ampliationē.ver. g.sor.incipit esse alb⁹ supponit ly.album. pro eo quod est vel incipit esse albū.lꝫ positum a ꝑte ante nō appellat.a parte vero post appellat propter limitationē termini ampliatiui precedentis. ¶ Secunda regula. Omnis terminus sequens aliquod istoꝝ verboꝝ.pōt.cōtingit.aut aliqḋ suorū ꝑticipioꝝ appellat ampliationē ipoꝝ. vt hoc pōt vel ꝯtingit esse albū. ampliatur ly.albū. ita a parte post sicut a parte ante.⁊ a parte post appellat ampliationē istoꝝ v̄boꝝ ꝓpter limitationē ipsoꝝ:quā non appellat a parte ante:ex quo non limitat̄. Appellatio forme est acceptio termini in ꝓpositione limitati ꝑ terminum precedentē concernentē actum mentis.vt intelligo hominē.ly.hominē.appellat suā formā:q2 significat suū significatū sub ratione eiusdem ꝓpter limitationē factam a termino concernēte actū mētis. ideo ꝑ illā denotat̄:ꝙ ego intelligo aliqd sub ratione qua hō. Ex p̄dicta diffinitiōe sequit̄ veritas trium conclusionū. ¶ Prima cōclusio est ista. Patrem meū cognosco:⁊ tamen nō cognosco patrem meū. probatur.⁊ pono ꝙ sor.sit pater meus quem bene cognoscā. nesciam tamen an sit pater meus vel nō:imo pono ꝙ nō ꝯsiderem ḋ patre meo:vtruꝫ talem habeam vel noñ. Isto posito.patrem meū cognosco.q2 illud quod est pater meus cognosco. nō tñ cognosco patrē meuꝫ:quia non cognosco aliquid sub rōne qua pater meus. ¶ Secunda conclusio. Sortē volo videre.⁊ tñ nolo videre sor. ꝓbat̄.pono ꝙ sor.sit inimicus meus.ita ꝙ nollē videre ipsum.⁊ pla.sit amicus me⁹ similis sor.existēti co

rã me quẽ credã eẽ pla. Isto posito. sor. volo videre. q2 hũc q est sor. volo videre. ex eo ꝙ puto ip3 esse pla. ⁊ tñ nolo videre sor. q2 nolo videre aliqd sub rõne q̃ ẽ sor. ¶ Tertia ↄclusio. Propõnẽ hypotheticã scis. ⁊ tñ nescis aliquẽ ꝓpõnẽ hypotheticã. ꝓbat᷑. ⁊ pono ꝙ credas firmiter nullã eẽ ꝓpõnẽ hypotheticã. sit tñ aliqua hypothetica quã credas eẽ cathegoricã sciẽdo ⁊ ↄsiderãdo de significato eius. Isto posito aliquã ꝓpõnẽ hypotheticã scis. q2 illud quod est ꝓpõ hypothetica scis. ⁊ tñ nõ scis aliquam propositionẽ hypotheticam. quia non scis aliquid sub ratiõe qua est ꝓpositio hypothetica. Et consequẽter conceditur. ꝙ propõnem affirmativã credo. ⁊ tñ nõ credo ꝓpõne3 affirmativam. ⁊ ita de infinitis. quarum quelibet ex prioribus potest virificari.

¶ Et sic est finis secũdi tractatus qui suppositionũ intitulatur. Et icipit tractatus ↄñtiarũ q ẽ in ordine terti⁹. Cap. 1.

Consequẽtiarũ ẽ illatio ↄñtis ex ãnte. vt hõ currit. ergo aĩal currit. ãñs voco ꝓpõnẽ ꝑcedẽtẽ notã rõnis. vt hõ currit. ↄñs vero illam que sequit᷑. vt aĩal currit. ⁊ nota3 rõnis nomino. ly ergo. ⁊ ly igit᷑. ¶ Pro huius diffinitiõis declaratiõe fit h prima divisio ↄñaru3 alia bona: alia mala. ↄña bõa ẽ illa. cuius oppositũ ↄñtis repugnat ãñti. vt tu es hõ. ergo tu es aĩal. nam hec duo repugnant. tu es homo. ⁊ tu non es aĩal. iõ ista ↄña fuit bõa. Cõsequẽtia mala ẽ illa. cui⁹ ↄ̃dictoriũ ↄñtis stat cũ ãnte. vt tu es homo. ergo tu sedes. nã hec bñ stant simul. tu es hõ ⁊ tu nõ sedes. iõ illa ↄñtia nõ valuit. ¶ Secũda divisio ẽ ista. ↄñtiaru3 bonarũ alia formalis. alia mãlis. ↄñtia bõa ⁊ formalis ẽ illa cuius contradictoriũ consequentis formaliter repugnat ãnti. vt tu curris. ergo tu moveris. Voco illa formaliter repugnare. que nõ sunt imaginabilia stare simul absq3 contradictiõe vt tu curris ⁊ tu non moveris. Cõsequẽtia bona ⁊ materialis est illa. cuius contradictoriũ consequentis materialiter repugnat antecedẽti. vt deus nõ est. ergo nullus hõ ẽ. illa dicũtur materialiter repugnare q̃ non pñt stare simul. sunt tñ imagiabilia stare simul absq3 ↄtradictione. vt deus nõ est ⁊ aliquis hõ est. l3 ista enim nõ possint simul stare ꝑꝑ impossibilitatẽ illius. deus nõ est. tñ sunt imaginabilia stare simul absq3 aliq̃ ↄ̃dictiõe. q2 ꝙ deus ñ sit ⁊ aliqs hõ sit: ñ videt᷑ iplicatio cõtradictiõis. Iuxta istã diffinitionẽ ponũtur due regule. ¶ Pria. Ex impossibili seqtur quodl3. ¶ Secũda necessariũ sequit᷑ ad quodl3. Et intelligũt᷑ iste due regule. ꝙ illa ↄñtia est bona ⁊ mãlis in qua ãñs ẽ impossibile. vel ↄñs necessariũ. subductis alijs modis qbus ↄña foret bona ⁊ formalis. ¶ Tertia divisio ẽ ista. Cõsequẽtiarũ bonarũ q̃dã ẽ bona de forma. ⁊ q̃dã ẽ bona de mã. ↄña bona de forma ẽ illa cui⁹ qlibet ↄsimilis in forma: ẽ bõa. vt albedo videt᷑. ergo color videt᷑. Ille ↄñtie sunt similis forme q̃ habẽt ↄsimilẽ modũ arguẽdi ↄñe formalis de quibus modis dicet᷑ postea. ⁊ cum hoc ãntia ⁊ ↄña sint similia in forma. ¶ Notãdũ ꝙ ille cathegorice sunt similes forme q̃ sic se habent ꝙ si vna est affirmativa. de secũdo adiacẽte vel de tertio. ⁊ alia simil'r. Et si vna est ꝑticularis indefinita. vel singularis. ⁊ alia similiter. ¶ Itẽ si vna ẽ exclusiva. exceptiva. reduplicativa vel modalis in sensu cõposito vel diviso. ⁊ alia similiter. ¶ Itẽ si vna ẽ d̃ termino simplici vel composito. copulato: disiũcto. vel ↄditionato. ⁊ alia similit᷑. ⁊ iõ iste nõ sũt similes i forma. hõ vel asin⁹ currit. ⁊ hõ currit. q2 vna ẽ de termino simplici. ⁊ alia de ↄposito. Simil'r iste nõ sunt similes i forma. quil3 hõ currit. ⁊ aliquis asinus movetur. q2 vna est vl'is. ⁊ alia ꝑticularis. s3 iste sũt similes in forma. hõ ẽ asin⁹. ⁊ hõ ẽ aĩal. nõ obstante ꝙ vna sit necessaria ⁊ alia ipossibilis. q2 habẽt oẽs ↄditões assignatas. Ex q̃ seqt᷑ ꝙ iste ↄñtie sunt sil'es i forma. hõ currit. ergo aĩal currit. albedo videt᷑. ergo color videt᷑. quia habẽt cõsimilem modũ arguendi ↄsequẽtie formalis. vtrobiq3 enim ar-

guitur ab inferiori ad suũ superius affir-
matiue. Ꝯsequentia bona de materia est
illa q̄ ē bona ⁊ nõ quēlȝ sibi ꝯsimilis i for
ma. ē bona. vt tu nõ es hõ. ğ tu nõ es aı̄al.
ista ꝯn̄a ē bona. qꝛ ꝯ̄dictoriũ ꝯn̄tis repu-
gnat an̄ti. Ex p̄dictꝫ seq̄r q̇ aliq̄ ē ꝯn̄a bõa
⁊ formalis q̄ nõ ē bona de forma sicut p̄
dicta ⁊ q̄libet istaꝝ. tm̄ pr̄ est. ergo nõ tm̄
pr̄ est. tu scis te eē lapidē. ğ tu n̄ scis te eē
lapidē ⁊ sic ꝺ alijs tu credis p̄cise q̇ aliq̄s
hõ decipit̄. ğ aliq̄s hõ decipit̄. Cap. 2.

Formalis ꝯn̄e q̄dã sũt regule vl̄es
ponēde ipsi⁹ isinuãtes notitiã. q̄
rũ p̄ma ē ista. Si alicui⁹ ꝯn̄e ex ꝯ̄-
dictorio ꝯn̄tis seq̄r ꝯ̄dictorium an̄tis ista
ꝯn̄a est bona. vt ista. hõ currit. ergo aı̄al
currit. qꝛ bene seq̄r. nullũ animal currit.
ergo nullus hõ currit. vl̄ nihil qꝺ est ho-
mo currit. Ex ista regula sequit̄ alia. vȝ si
alicui⁹ ꝯn̄e ꝯ̄dictoriũ ꝯn̄tis nõ est illatiuũ
ꝯ̄dictorij an̄tis. illa ꝯn̄a nõ valet. vn̄ nõ se
q̄tur. tu loqueris. ğ tu disputas. qꝛ nõ se
q̄tur. tu n̄ disputas. ğ tu nõ loq̄ris. ¶ Se
cũda regula ē ista. Si alicui⁹ ꝯn̄e an̄s ē ve
rũ ⁊ ꝯn̄s similiter. qꝛ ex falsis verũ ex ve-
ris nil nisi verũ vt dicit Arist. prio p̄oꝝ.
Ex ista sequũtur regule. ¶ Pria. Si ali-
cui⁹ ꝯn̄e bone ꝯn̄s ē falsũ ⁊ an̄s sil̄r. ¶ Se
cũda si alicui⁹ ꝯn̄e an̄s ē veꝝ ⁊ ꝯn̄s falsũ.
ista ꝯn̄a nõ valet. Iõ non seq̄tur chimera
q̄ currit nõ mouet̄. ergo chimera currit.
qꝛ an̄s ē veꝝ. ⁊ ꝯn̄s falsuȝ. ¶ 3ª. regula ē
ista. Si alicui⁹ ꝯn̄e bõe an̄s ē nec̄iũ. ⁊ ꝯn̄s
sil̄r. ē nec̄iuȝ ex qua sequit̄ q̇ si antecedēs
est nec̄iuȝ ⁊ ꝯn̄s ꝯtingēs q̇ ista ꝯn̄a nõ va
let. vt oı̄s hõ est aı̄al. ğ tu es aı̄al. ¶ Quar
ta regula ē ista. Si alicui⁹ ꝯn̄e bone an̄s ē
possibile ꝯn̄s simil̄r ē possibile. Ex qua se
quit̄ q̇ si an̄s ē possibile ⁊ ꝯsequēs ipossi
bile q̇ ista ꝯsequētia nõ valet. vnde nõ se
quit̄. oē currēs est hõ. ergo hoc currēs ē
hõ: demõstrãdo asinũ. qꝛ an̄s ē poı̄e ⁊ cõ
sequēs ipossibile. ¶ Quita regula ē ista.
Si aliq̄ ē ꝯn̄a. ⁊ aliq̄d sequit̄ ad ꝯn̄s. illꝺ
ideȝ seq̄tur ad an̄s. vn̄ bn̄ seq̄r. hõ currit.
ergo aı̄al currit. ad qꝺ seq̄r. ergo corpus
currit iõ bn̄ seq̄r ad an̄s. hõ currit. ğ cor-
pus currit. ¶ Ex ista regula sequũtur due
regule. ¶ Pria q̄cq̄d an̄cedit ad an̄s an-
tecedit ad ꝯn̄s. vnde qꝛ h̄ ꝯn̄a ē bona. hõ
currit. ergo aı̄al currit. ⁊ hec. tu curris. an̄
cedit ad istã. hõ currit. iõ an̄cedit ad istã.
aı̄al currit. ¶ Secũda regula. a p̄mo an̄te
ad vltimũ ꝯsequēs. qñ oēs ꝯn̄e interme-
die sunt bone ⁊ formales ⁊ nõ variate. tñ
ꝯn̄a est bona ⁊ formalis. ver. g. hõ ē. ergo
animal ē. aı̄al ē: ergo corpus ē. corpus ē.
ergo substãtia ē: ⁊ sic a p̄mo ad vltimã se
quitur formaliter. hõ est. ergo sub̄a ē. Cõ
seq̄ētie itermedie nõ sũt variate. qñ ꝯn̄s
p̄me ꝯn̄e ē an̄s posterioris ꝯn̄e: sicut i exē
plo. Nullũ tp̄s est. ergo dies nõ est. dies
nõ ē. ⁊ aliq̄ hora est. ergo nox est. nox est.
ergo aliqꝺ tēpus est. ⁊ tñ nõ seq̄tur a prio
ad vltimũ. nulluȝ tp̄s est. ergo aliqꝺ tp̄s
est. ꝑꝑ variationē factã. qꝛ p̄me ꝯn̄e fuit
ꝯn̄s: dies nõ est: ⁊ nõ fuit an̄s secũde. sed
illa copulatiua. dies nõ est ⁊ aliqua hora
est. ¶ Sexta regula est ista. Si aliqua est
ꝯn̄a bona. ⁊ aliquid stat cũ an̄te: illꝺ ideȝ
stat cũ ꝯseq̄ēte. ver. g. seq̄tur oı̄s hõ cur-
rit. ergo hõ currit. ⁊ cũ an̄te stat q̇ oē aı̄al
currat ⁊ q̇ nullus asinus moueat̄. ⁊ sic ꝺ
alijs. iõ q̄libet istarũ stat cũ ꝯseq̄ēte. Ex
ista reḡa seq̄r alia. vȝ. q̄cq̄d repugnat ꝯn̄-
ti r̄pugnat an̄ti. pȝ ista regula discurrēdo
ꝑ omnia. ¶ Septima regula. Si aliq̄ est
cõseq̄ētia bõa scita a te esse bõa. ⁊ an̄s est
concedendũ a te. ⁊ ꝯn̄s eiusdē ē ꝯcedēdũ
a te. ¶ Ex qua sequũtur due alie. ¶ Pria
Si ꝯn̄s est a te negandũ ⁊ antecedēs sil̄r.
¶ Secũda. Si an̄s ē cõcedēdũ a te ⁊ cõ
sequēs negãdũ. ista cõseq̄ētia nõ valet.
ver. g. oı̄s hõ ē. ergo antixp̄s ē. ¶ Octaua
regula. Si aliqua est cõsq̄ētia bona scita
a te ē bõa. ⁊ an̄s ē scitũ a te ꝯseq̄ēs eiusdē
ē scitũ a te. vt tu es hõ. ğ tu es aı̄al. Et no
tanter dicitur. scita a te esse bona. qꝛ ista
consequentia est bona. brunellus est asi-
nus. ergo brunellus est rudibilis. ⁊ ante-
cedens est scitum ab aliquo. a quo tamē
non est scitum consequens. quia forte ne
scit consequentiam illam esse bonam qua
re. ⁊c. Cap. 3.

Hunc sequunt̄ pticulares regule cōsequētia formal' penes supius ⁊ inferi⁹ mā; ꝯcernētes. q̄rū pma ē ista. Ab iferiori ad suū supi⁹ affirmatiue. ⁊ sine distributiōe. ⁊ sine signo ꝯfusiōis impediēte. ē bōa cōsequētia. vt hō currit. ergo aial currit. ¶ Scd̄a regula ē ista. Ab inferiori ad suū superi⁹ distributiue vel cōfuse tm̄ imobiliter. nō valet ꝯsequētia. qa non seqtur ois hō currit. ergo oē aial currit. nec seqtur. nullus homo currit. ergo nullū aial currit. Et notāter dicit̄. vel confuse tm̄ imobilr. q2 nō seqtur. si hō ē asin⁹ hō ē rudibilis. ergo si hō ē animal: hō est rudibilis. S; arguēdo ꝯfuse tm̄ mobilr. est bonū argumētū. ver. g. ois hō ē aial. ergo ois hō ē substātia. ¶ Tertia regula est ista. Ab iferiori ad suū superi⁹ negatōe postposita ⁊ cū debito medio. est bonum argumētū. ver. g. tu nō curris ⁊ tu es hō. ergo hō nō currit. Et notāter dicitur. cu; debito medio. q2 sine isto nō valet argumētu;. vnde nō sequit̄. tu nō es aial. ergo hō ñ ē aial. qa añs ē possibile ⁊ ꝯñs ipossibile. ¶ Quarta regula ē ista. A superiori ad suū inferius affirmatiue ⁊ sine distributiōe. nō valet argumētū. q2 nō seqtur. aial currit. ergo hō currit. ¶ Quita regula ē ista. A superiori ad suū inferi⁹ affirmatiue distributiue nō val; argumentū nisi cū debito medio. q2 nō seqtur. oē aial currit. ergo ois hō currit. Tu differs ab asino. ergo tu differs a brunello. s; cū debito medio ē bonū argumētū. vt tu dr̄s ab asino. brunellus est asinus. ergo tu dr̄s a brunello. ¶ Sexta regula ē ista. A supiori ad suuū inferi⁹ negatiōe ꝑposita ē bonu; argumētū. vnde bene sequit̄. nullum aial currit. ergo nullus hō currit. Et intelligit̄ ista regula de negatiōe distribuēte superius. q2 si nō distribueret. nō valeret argumentū. vñ nō seqtur. nō nullū aial currit. ergo non nullus hō currit. nec seqt̄. nō oē aial currit. ergo nō ois hō currit. p3. n. ꝙ cuiuslibet istarum contradictorium consequentis stat cum antecedente. quare. ⁊ cetera. Cap. 4.

Regulas aliquas tangentes quantitatē ꝑpositionū seriati; ꝓpono. quarū prima ē ista. Ab vniuersali ad suā particularē vel indefinitā q̄ vocat̄ sibi subalterna. est bonū argumentū. ver. g. oē aial currit. ergo aliquod aial currit. nullū aial currit. ergo aial ñ currit. ¶ Secūda regula est ista. A particulari vl' indefinita ad suā vniuersalē nō valet argumētū. nisi forte gratia materie. vnde non seqtur. aliqs hō currit. ergo quilibet hō currit. nec sequit̄ aial nō currit. ergo nullum animal currit. sed aliquādo. tenet gratia materie. aut q2 ꝯsequēs est necessariū vel antecedēs impossibile. aut q2 ꝯ̄dictoriu; ꝯsequētis repugnat antecedēti. vnde bñ sequit̄. aliqs homo ē. ergo ois hō ē. aliqs homo non est. ergo nullus hō est. ¶ Tertia regula ē ista. Ab vniuersali affirmatiua ad omnes suas singulares tā collectiue ꝙ̄ diuisiue sumptas. cum debito medio. est bonum argumētū. ⁊ ecōuerso collectiue. ver. g. collectiue. oē animal currit. ⁊ hec sunt oia animalia. ergo hoc animal currit. ⁊ hoc animal currit. ⁊ sic ꝺ singulis. Exēplu; diuisiue. vt omne animal currit ⁊ hoc ē aial. ergo hoc animal currit. Similiter sequit̄ econuerso. hoc animal currit. ⁊ hoc animal currit. ⁊ sic ꝺ singulis. ⁊ hec sunt oia animalia. ergo omne animal currit. Et notāter dicitur cum debito medio. quia sine illo nō valeret argumētū nisi gratia materie. vnde nō seqtur. ois homo est animal. ergo iste homo est aial. ⁊ iste homo est animal. ⁊ sic de singulis. q2 antecedens ē necessariū ⁊ consequens cōtingens. quia ē vna copulatiua. cuius quelibet pars ē contingens ⁊ nulla alteri repugnat. tamen sequitur aliquando gratia materie. vt omnis homo ē asinus. ergo iste homo est asinus. ⁊ omnis sol lucet. ergo iste sol lucet. quia i pma antecedens ē impossibile. ⁊ in secunda cōsequēs ē necessariū. ¶ Quarta regula est ista. Ab vniuersali negatiua ad quālibet suam singularem. ē bona consequentia. siue arguatur cū debito medio siue non. s;

econuerso nō tenet. nisi cū debito medio. ver. g. null⁹ hō currit. ğ iste hō nō currit ⁊ iste hō ñ currit. ⁊ sic de singulis. sʒ ecōuerso non sequitur. nec iste homo currit. nec ille hō currit. ⁊ sic de singulis. ergo nul-lus homo currit. quia post mille annos erit antecedens verum ⁊ cōsequens fal-sum. sed bene sequeretur dicēdo. ⁊ isti sūt omnes homines masculi. ¶ Quinta re-gula est ista. A particulari ad suam indefinitam ⁊ econuerso. tam affirmatiue q̄ʒ negatiue. est bona consequentia. ver. gra. animal non currit. ergo aliquod animal non currit. ⁊ econuerso. Similiter aliq̄s asinus mouetur. ergo asinus mouetur. ⁊ econuerso. ¶ Sexta regula est ista. A particulari vel indefinita ad omnes suas singulares disiunctiue sumptas cuʒ debito medio. est bonum argumentū. vt homo currit. ⁊ isti sunt omnes homines. ergo iste homo currit. vel ista homo currit. ⁊ sic de singulis. Et notanter dicitur. cum debito medio. quia sine illo non valet argumentum. vt homo ē animal. ergo iste hō ē aial. vel ista hō ē aial. ⁊ sic de singu-lis. q² antecedens ē necessariū. ⁊ ꝯñs contingens. quia ē vna disiunctiua. cui⁹que-libet pars ē contingens. nec vna alteri repugnat. nec suū ꝯdictoriū est impossibi-le. quare ⁊c̄. Cap. 4.

d E propōnibus non quantis sicut sunt exclusiue ⁊ exceptiue. sit hec prima regula. Ab exclusiua ad suam vniuersalem de terminis transpositꝭ. est bona consequentia. ⁊ econuerso. vt tātum hō currit. ergo omne currens ē hō. Similiter ecōuerso. omne animal mouetur. ergo tm̄. quod mouet̄ ē aial. ¶ Scd̄a regula est ista. Ab exceptiua negatiua ad exclusiuā sibi correspondētē ē bona ꝯña. vt nihil p̄ter sor. currit. ergo tm̄ sor. cur-rit. ⁊ ecōuerso. vt tm̄ hō est risibilis. ergo nihil p̄ter hoiem ē risibile. ¶ Tertia re-gula ē ista. Ab inferiori ad suū superius a pte subiecti dictiōe exclusiua addita eidē ē bona ꝯsequentia. vñ bñ sequit̄. tātū hō currit. ergo tantum animal currit. q² ar-guitur ab inferiori ad suū superius cōfuse tātū mobiliter. ¶ Quarta regula ē ista. Ab inferiori ad suum superius a parte p̄dicati dictione exclusiua addita subiectꝭ. non valet argumentū. vnde nō sequitur. tantum homo ē homo. ergo tantum ho-mo ē animal. quia arguitur distributiue. sed econuerso bene sequit̄ cū debito me-dio. vt tm̄ homo ē risibilis. sortes ē hō. er-go tm̄ hō ē sortes. ¶ Quinta regula se-quens correlarie ex p̄dictis ē ista. ꝙ a termino stante confuse tantum. vel determinate ad eūdē stātē cōfuse distributiue. nō valʒ argu^{m}. vt hō ē aial. ğ tm̄ hō ē aial. tu differs ab oi hoie. ğ tu differs ab homie. ¶ 6^{a} regula ē ista. A termio stante ꝯfuse distributiue ad eūdē stāte determiate. est bonū argu^{m} vt tm̄ hō est aial. ğ hō ē aial. tu es aliud ab aiali. ğ tu es aliud ab om̄i aiali. ¶ 7^{a} regula ē. A termio stante ꝯfuse tm̄ ad eūdē stātē determiate r̄spectu eiusdē sincathegorematis vel distributiōis. ñ valet arg^{m} vt tātū hō est aial. ğ hō ē omne aial ois hō est aial. ergo aial est ois hō. quare ⁊c̄. Cap. 5.

p Onēde sūt regule ptinentiū atq̄ʒ imptinentiū termioꝝ. q̄ꝝ pria est ista. Ab affirmatiua vni⁹ desperati ad negatiuā alteri⁹. ē bonū argu^{m}. vt tu es hō. ğ tu nō es asin⁹. tu curris. ğ tu non sedes. tu es alb⁹. ergo tu nō es niger. Sʒ ecōuerso nō sequitur. q² ex negatiua non sequit̄ affirmatiua. ¶ Secūda regula est ista. Quādocūq̄ʒ sūt alique due ꝓpōnes. quarū subiecta ꝯuertuntur atq̄ʒ predica-ta. manente cōsimili denominatione. ab vna ad reliquā. est bona ꝯsequētia. vt tu es hō. ergo tu es animal rationale. ⁊ econuerso. Et notanter dicit̄ manente consi-mili denominatione. q² si vna esset affir-matiua ⁊ alia negatiua nō conuerterent̄. vt tu es homo. ⁊ tu non es homo. ¶ Itē si vna esset q̄nta vna quātitate. ⁊ alia alia quātitate vel nulla. nō oporteret istas cōuerti. vt oē animal est homo. aliquod animal est homo. ⁊ tantum animal ē homo. ¶ Tertia regula est ista. Ab vno ꝯuerti-

bili ad reliquũ ẽ bona cõsequẽtia.vt tu es
homo.ergo tu es risibilis.ꝛ ecõuerso.bru
nellus est rudibilis.ergo brunellus ẽ asi
nus.¶ Quarta regula ẽ ista.Ab vno cor
relatiuoꝝ ad reliquũ.ꝓpõnibus existenti
bus de secũdo adiacẽte.ẽ bonũ argumen
tũ.vt duplũ est.ergo dimidiũ est. ꝛ econ
uerso.Et notãter dicitur. de secũdo adia
cẽte.quia nõ sequit̃.a.est duplũ.ergo.a.
est dimidiũ.pater est barbatus.ergo filiꝰ
ẽ barbatꝰ.¶ Quinta regula ẽ ista.A ter=
mino ꝑuatiuo ad terminũ infinitũ.ẽ bõa
ɔsequẽtia.ſʒ nõ ecõuerso.vt tu es iniustꝰ.
ergo tu es nõ iustus.ſʒ nõ sequit̃ ecõuer
so.lapis ẽ nõ iustus.ergo lapis ẽ iiustus.
antecedens enim ẽ verũ.ꝛ ɔsequẽs falsũ.
vt patet.qꝛ qcquid est iniustũ pp̃ eẽ iustũ.
ſʒ lapis nõ põt esse iustus.ergo nec põt
eẽ iniustus.¶ Sexta regula.Ab affirma
tiua de predicato priuatiuo.vel ĩfinito
ad negatiuam de predicato finito.est bo
na cõsequẽtia.vt tu es cecus.ergo tu non
es videns.tu es nõ hõ.ergo tu nõ es hõ.
ſʒ ecõuerso.nõ valet argumentũ.quia ex
negatiua nõ sequit̃ affirmatiua.¶ Sep=
tima regula ẽ ista.A negatiua de predica
to finito.cũ debito medio.ad affirmati=
uã de predicato infinito est bona ɔsequẽ
tia.vt tu nõ es asinus ꝛ tu es.ergo tu es
non asinus.ꝛc.

Cap. 6.

Or respondẽter ad p̃dicta alie re=
gule inseruntur.q̃ruʒ ꝑma ẽ ista.
Ab oĩbus exponẽtibꝰ simul sum=
ptis ad suũ expositũ.est bona ɔsequẽtia.
ꝛ ecõuerso.Et est regula ista vniuersalis
quibuscunqʒ ꝓpõnibus exponibilibus.
vt vniuersalibus.exclusiuis.exceptiuis.ꝛ
hmõi.vñ bene sequitur.hõ currit ꝛ nihil
est hõ quin illud currat.ergo omnis hõ
currit.ꝛ econuerso.Similiter hõ currit ꝛ
nihil ñ homo currit.g̃ tm̃ hõ currit.ꝛ ecõ
tra.¶ Secũda regula ẽ ista.Ab oĩ expõi
bili ad quãlibet suaꝝ exponẽtiũ.ẽ bõa cõ
sequẽtia.ſʒ nõ ecõuerso.nisi gr̃a materie.
ver.g.oĩs homo currit.ergo nihil est hõ
quin illud currat.sed nõ econuerso.qꝛ ex
negatiua nõ sequitur affirmatiua.Aliquã
do tñ tenet gratia materie. vt hõ ẽ asinꝰ.
ergo tãtũ hõ est asinus.qꝛ añs ẽ impossi
bile.¶ Tertia regula est ista.Ex cuiuslibʒ
exponẽtis ɔ̃dictorio seqt̃ur ɔ̃dictoriũ ex=
positi:ſʒ nõ ecõuerso.vñ bene seqtur ali=
quid nõ homo currit.ergo ñ tm̃ hõ cur=
rit.ſʒ nõ ecõuerso.quia ex negatiua nõ se
quitur affirmatiua.¶ Quarta regula est
ista.A resoluẽtibus ad resolutũ ẽ ɔsequẽ
tia bõa.ſʒ nõ ecõuerso.vt hoc currit.ꝛ hoc
est homo.ergo hõ currit.nõ tñ sequit̃.hõ
currit ergo hoc currit ꝛ hoc ẽ hõ.qꝛ post
mille annos erit añs verũ.ꝛ ɔ̃ns falsum.
¶ Quinta regula.Ab officiãtibus ad offi
ciatũ est ɔsequentia bona.sed non econ=
uerso.vt ista propositio ẽ vera.hõ est ani
mal.q̃ adequate significat hominem esse
animal.ergo verũ est hoiem esse animal
sed nõ econuerso.quia antecedens foret
necessariũ.ꝛ ɔsequens cõtingens.¶ Sex
ta regula est ista.A descriptõe ad descri=
ptum est consequentia bona.ꝛ ecõuerso.
vt intelligo aliqd sub ratione qua homo.
ergo intelligo.hominẽ.ꝛ ecõuerso intelli
go hominẽ.ergo intelligo aliquid sub ra
tione qua hõ.¶ Septima regula.A sen
su cõposito ad sensum diuisũ.ꝛ econuer=
so.nõ valet argumẽtũ.vt necessario hõ ẽ
animal.ergo homo necessario ẽ animal.
antecedens eniʒ est verum ꝛ consequens
falsum.Etiã non sequitur.album possibi
le ẽ esse nigruʒ.ergo possibile est albũ es=
se nigrũ.¶ Octaua regula ẽ ista.Ab vna
cã veritatis ad propositionem habenteʒ
illã causam est bona consequentia.sed nõ
ecõuerso.vt dũ homo currit risibile cur=
rit.ergo homie currẽte.risibile currit.ista
cõsequentia est bona.sed non econuerso.
homine currẽte risibile currit.quia ꝑ positꝯ
ꝙ nihil currat.est tũc consequens falsuʒ.
cũ asserat hominẽ currere.ꝛ tamẽ ante=
cedẽs est verum.quia concluditur eiꝰ ve
ritas per aliam causaʒ veritatis.vt si ho=
mo currit risibile currit.ergo hoie curren
te risibile currit.Dicatur ergo ꝙ ꝓpositõ
denominata ab ablatiuo cõsequentie ha
bet tres causas veritatis.s.cõditionaleʒ.

tēporalē: & casualē: a quarū quelibet valꝫ ꝯsequentia ad ꝓpositionē habētem illas causas. sed nō ecōuerso. ¶ Nona regula est ista. Ab actiua ad suā passiuā ē ꝯseqñtia bōa. & ecōuerso. vt sor. amat platonē. ergo pla. amatꝰ a sor. & ecōuerso. ¶ Decima regula ē ista. A tertio adiacēte ad secūdū adiacēs affirmatiue: sine termino distrahēte. ē ꝯña bona. vt tu es homo. ergo tu es. Notāter dicitꝰ: affirmatiue: qꝛ nō sequitꝰ: tu nō es asinus. ergo tu nō es. dicitꝰ etiā sine termino distrahēte. qꝛ non sequitꝰ antichristus est futurus. ergo antichristus est. quare. &c. Cap. 7.

Ltimo de propositiōibꝰ hypotheticis ē dōm mō poni regulas assignādo. Quarū prima est ista. A copulatiua affirmatiua ad alterā eiꝰ partē principalē ē bōa ꝯña. & nō ecōuerso. nisi gratia materie. vt tu curris. & tu disputas. ergo tu disputas. ſꝫ nō seqꝰ tu disputas. ergo tu curris & tu disputas. aliqñ tñ tenet gr̃a materie siue terminoꝝ. s. qñ copulatiua fit ex duabus ptibꝰ. qr̃ū vna añcedit ad aliā. tūc ab ista pte q̄ añcedit ad totā copulatiuā est bōa ꝯña. vt tu es hō. g̃ tu es hō & tu es aīal. tu curris. ergo tu curris & tu moueris. Et notāter dixi. affirmatiua. qꝛ copulatiua negatiua ad alterā ptē. nō valꝫ ꝯña. ver. g. nō tu es hō & tu asinus. ergo tu es asinꝰ. qꝛ añs est verū. & ꝯñs falsuꝫ. Ex ista regula seqtur. ꝙ a toto copulato ad alterā ptē ē ꝯña bōa vt sor. & pla. currūt. ergo. sor. currit. ¶ Scōa regula ē ista. A pte ꝑncipali disiūctiue affirmatiue ad totā disiunctiuā. est bonū argumtū: ſꝫ nō ecōuerso. vt tu curris. ergo tu curris vlꝰ tu es asinus. ſꝫ ecōuerso nō seqtur qꝛ nō seqtur. tu curris vlꝰ tu es asinus. ergo tu es asinus. Aliqñ tñ tenet gr̃a materie. s. quādo disiunctiua fit ex duabꝰ ptibꝰ. quarū vna seqꝰ ad reliquā. tūc a disiūctiua ad istā ptē q̄ seqtur. ē bonū argumētū. vt tu es hō vlꝰ tu es aīal. g̃ tu es aīal. tu es albꝰ vlꝰ tu es coloratꝰ. g̃ tu es coloratꝰ. Ex ista regula seqꝰ ꝙ a pte disiūcti ad totū disiūctū ē bōa ꝯña. vt hō currit. g̃ homo vlꝰ asinꝰ currit. ¶ Tertia regula ē istaꝰ A disiūctiua affirmatiua cū destructiōe vniꝰ ptis ad alterā ptē. ē bōa ꝯsequentia. vt tu curris vlꝰ tu sedes. ſꝫ tu nō curris. ergo tu sedes. ¶ Quarta regula ē ista. A copulatiua negatiua ad disiūctiuā affirmatiuā factā de ptibus ꝯdictoriis copulatiue affirmatiue. ē bōa ꝯsequentia. vt non tu es hō & tu es asinus. ergo tu nō es hō vel tu nō es asinus & ecōuerso. ¶ Et nota ꝙ copulatiua affirmatiua habet duo ꝯdictoria. quoꝝ vna ē copulatiua negatiua ī qua ꝑponitꝰ negatio. & reliquū ē vna disiūctiua facta de ptibꝰ oppositꝭ ipiꝰ copulatiue. quare oꝫ ꝙ copulatiua negatiua & disiūctiua affirmatiua inuicē cōuertātur. ver. gra. tu es homo & tu es asinus. habꝫ duo ꝯdictoria. quoꝝ vnū ē hoc. nō tu es hō & tu es asinus. scōm vero est illud. tu nō es homo vel tu nō es asinus. ¶ Quinta regula est ista. A disiunctiua negatiua ad copulatiuā affirmatiuā factā de ptibꝰ oppositꝭ disiūctiue affirmatiue. ē bonum argumētū. & ecōuerso. vt nō tu curris vel tu sedes. ergo tu nō curris & tu nō sedes. & ecōuerso. Et ratio quia oīs disiunctiua affirmatiua hēt ꝯdictoriū ꝑ negationē ꝑpositā toti. & ꝑ copulatiuā factā de ptibꝰ oppositis. vt tu curris vel tu sedes. huic ꝯdicit q̄libet istaꝝ. ñ tu curris vlꝰ tu sedes. tu nō curris & tu nō sedes. ¶ Sexta regula ē ista. A ꝯditionali affirmatiua cū suo añcedente ad ꝯseques eiusdē. ē bona ꝯña. vt si tu es homo tu es animal. sed tu es homo. ergo tu es animal. ¶ Septima regula est ista. A conditionali affirmatiua cū cōtradictorio consequētis ad contradictorium antecedētis. est bona cōsequētia. vt si antixp̄s est albus antichristus est coloratus. sed antichristus non est coloratus. ergo antichristus non est albus. Et notanter dixi in ambabus regulis affirmatiue. qꝛ de negatiua nō tenent huiusmodi regule.

¶ Explicit tertius tractatus. qui consequentiarū intitulatꝰ. Et incipit quartus. q de terminorum probationibus tractat.

tu nō curris
2

Prima ... huius regule ... paulū ... 40 ...

q Ualiter propositiones probētur illatiue. presenti doctrina digno-scit᷑ satis plene. ⁊ pmo nāq₃ a resolutiōe est incboandū. quia indefinite pticulares ⁊ singulares de subiecto nō pnomine demōstratiuo resolubiliter inferūt᷑. Quelibet ergo talis est taliter inferēda. vt pro añcedēte sumāt᷑ duo demōstratiua. in q̄-rū pmo p̄dicet᷑ p̄dicatū resoluēde. ⁊ in secūdo s̄biectū. ver. gra. bō currit. sic resoluit᷑. Hoc currit ⁊ h̄ ē bō. g̃ bō currit. Exēplum in obliquo. vt hominis est asinus. huius ē asin⁹ ⁊ h̄ ē homo. g̃. ⁊c̄. Et ita in alijs casib⁹ singularib numeri dicat᷑. Exēplū in nūero plurali. vt hoies currūt. hec currūt ⁊ hec sunt hoies. ergo ⁊c̄. Exēpluȝ in obliquo. vt aliquoꝝ ꝯdictorioꝝ alteꝝ ē veꝝ. Horū alterū ē verū. ⁊ hec sunt ꝯdictoria. ergo ⁊c̄. Et ita dicatur in alijs casibus. ita ꝙ semꝑ pma ꝺmōstratiua sit eiusdem casus cū resoluēda. secūda vero ꝯtinue in recto sumat᷑. Sed ꝓpositiones de v̄bo ampliatiuo eodē mō ꝓbant᷑. excepto hoc. ꝙ secūda demōstratiua dȝ eē de verbo disiuncto. verbi substantiue de p̄nti. ⁊ eiusdē de p̄terito vel futuro aut alterius. ver. g. homo currebat. sic resoluit᷑. Hoc currebat ⁊ hoc est vel erat homo. ergo ⁊c̄. ¶ Iteȝ bō disputabit. Hoc disputabit ⁊ hoc est vel erit homo. ergo. ⁊c̄. ita ꝙ v̄buȝ substātiuū sumptū secūdo loco sit semper ꝯsimilis t̄pis cū v̄bo resoluēde ꝓpositoīs. Sȝ qñ ꝓpositiōis resoluende verbum p̄ncipale est ly. potest. contingit. incipit. vel desinit. secunda ꝓpositio erit de secūdo verbo consimili. vt homo pōt esse albus. Hoc potest esse albū ⁊ hoc est vel potest esse homo. ergo. ⁊c̄. ¶ Iteȝ albū incipit esse nigrū. hoc incipit esse nigrū ⁊ hoc ē vl᷑ incipit esse album. ergo. ⁊c̄. Et ita dicatur in plurali vt prius. Modus cōsimilis est tenēdus in propositionibus de extremo copulato vel disiuncto. vt homo vel asin⁹ currit. si totū disiunctum est subiectum resoluatur sic. hoc currit ⁊ hoc est hō vl᷑ asinus. ergo. ⁊c̄. Si autē prima pars fuerit subiectū sic resoluit᷑. hoc vel asinus currit ⁊ hoc ē hō. ergo. ⁊c̄. Et ita dicēdū ē i illis de copulato. ⁊ ꝯditionato subiecto. vt hō ⁊ asinus currit. ꝓpositio si ē impossibilis est falsa. Idē ē dicēdū de pticulari ⁊ singulari resolubili affirmatiua sicut de idefinita. vt aliqs hō disputat sor. currit. Sȝ pticularis vl᷑ indefinita negatiua hēt duplicē modū ꝓbādi. Primus dictus ē. vt hoc nō currit ⁊ h̄ est hō. ergo hō n̄ currit. vbi āt videat᷑ ꝙ iste modus nō deseruiat sumat᷑ ꝯdictoriū illi⁹. vt chymera nō currit. hec indefinita ꝓbari nō potest p duo demōstratiua. q₂ semper secūda esset falsa scilicet ista. hoc est chymera. iō ad v̄itatē vidēdaȝ istius sumat᷑ eius contradictoriū. s. ois chymera currit. ⁊ q₂ h̄ ē falsa iō illa est vera Consimiliter est dicēdū in aduerbijs vbi subiectū fuerit aduerbium habens terminū infra se. vt aliquādo tu es. nunc tu es ⁊ nunc ē aliquando. ergo. ⁊c̄. ¶ Item heri tu fuisti. tunc tu fuisti. ⁊ tūc ē vel fuit heri. ergo. ⁊c̄. ¶ Iteȝ ante. a. tu disputabis. tunc tu disputabis ⁊ tūc ē vel erit ante. a. ergo. ⁊c̄. ¶ Iteȝ alicubi tu es. ibi tu es ⁊ ibi ē alicubi. ergo. ⁊c̄. Et ita de preterito. ⁊ futuro dicat᷑. vt dictū ē de preterito ⁊ futuro dicat᷑. vt dictū ē de presenti. ¶ Ex predictis infero ꝙ etiam probande sunt ꝓpositiones indefinite ⁊ particulares de v̄bo substātiuo presentis tēporis ⁊ predicato pticipio sic. ꝓpositiōes de v̄bo p̄ncipali illi⁹ pticipij. volo dicē ꝙ ita ꝓbāda ē h̄ resolubiliter. Adā ē p̄teritus: sicut illa. Adā fuit. ⁊ ista antixp̄s ē futur⁹. sicut illa antixp̄s erit. vt h̄ ē futuꝝ ⁊ h̄ est vel erit antixp̄s. ergo antixp̄s est futurus. Aliquis homo est interfectus. hoc est interfectum ⁊ hoc ē vel fuit aliquis homo. ergo. ⁊c̄. ¶ Item. sor. ē potens esse hoc ē potēs esse. ⁊ hoc ē vel pōt esse sor. ergo. ⁊c̄. ¶ Iuxta predicta sequit᷑ veritas multarū propositionuȝ. prima ē ista. Senex erit puer. probat᷑. hoc erit puer. ⁊ h̄ ē vel erit senex. ergo. ⁊c̄. demonstrando vnū q est puer ⁊ erit senex. ¶ Secūda ꝓpositio. Puer fuit senex. ꝓbatur. hoc fuit senex. ⁊

hoc ē vel fuit puer. ergo demōstrādo vnū se
nē. ¶ 3a ppō. Albū fuit qñ nō fuit albū. p
bat. 7 pono q tu sis alb9 7 ꝯtinue añ hoc
fueris niger. isto posito: h fuit qñ nō fuit
albū. 7 hoc ē vel fuit albū. ergo 7c. ¶ 4a ppō
Pater erit qñ nō hēbit filiū neqȝ filiā. p
bat. h erit qñ nō hēbit filium neqȝ filiā: 7
hoc ē vel erit pr. ergo 7c. demōstrādo vnum
prem q remanebit post morte filiox 7 fi-
liarū. ¶ 5a ppō. Aliq maiori te 7 quolibȝ
minori te tu es minor. probat. isto tu es
minor. demōstrādo vnū maiorē te. 7 hoc
est mai9 te 7 quolibet miori te. ergo 7c. ¶ 6a
ppō. Aliq minori te 7 quolibet maiori te
tu es maior. probat. isto tu es maior. de-
monstrādo vnū minorē te. 7 hoc est min9
te. 7 quolibet miori te. ergo 7c. ¶ 7a ppō. Al
bū pōt esse nigrū. probat. hoc pōt esse ni
grū. demonstrando te. 7 hoc ē vel pōt eē
albū. ergo 7c. 7 ita pbat ista. sedentē posse est
currere. ¶ 8a ppō. verum ē q mūdus nō
fuit. probat. hoc est qđ mūdus nō fuit. de
mōstrando illam. tu est. 7 hoc est verū. ergo
7c. ¶ 9a ppō. necessarium est q de9 nūq
erit. probat. hoc est q deus nūq erit. de
mōstrando celū: 7 hoc est necessarium. ergo
7c. ¶ Decima ppō. possibile est qđ nihil
fuit 7 qđ nihil erit. probat. hoc ē qđ ni-
hil fuit 7 qđ nihil erit. demōstrādo instās
pñs. 7 hoc ē posse. ergo 7c. ¶ Undecima
ppō. Candela lucens est extincta. pbat.
h ē extinctū. demōstrādo candelā iā extin
ctā q pri9 fuit lucens. 7 hoc ē vel fuit cāde
la lucens. ergo 7c. ¶ Duodecima ppō. Uiuū
est mortuū. pbat. hoc est mortuū demō
strando Adam. 7 hoc est vel fuit viuum.
ergo 7c.

Cap. 2.

Uniuersalis ppō affirmatiua ex-
ponibiliter probat p suā piacētēȝ
7 vniuersalē negatiuā sibi corrñ-
dentē. vt ois hō currit. exponit sic. homo
currit. 7 nihil ē hō quin istud currat. ergo
7c. Exemplū in numero plurali. vt oēs
homines currunt. Hoies currūt. 7 nulla
sunt hoies quin illa currant. ergo 7c. ¶ Cōsi
militer in obliquis casib9 pter hoc q i ne
gatiua exposite ponat subiectū vniuersa-
lis semper in recto 7 relatiuū in obliq cō
simili cū obliquo ppōnis exponēde. vt cu
iuslibet hois asinus currit hois asin9 cur-
rit. 7 nihil est hō quin illi9 asinus currat.
ergo 7c. ¶ Item oium ꝯdictoriuȝ altera
pars est vera. cōtradictoriū altera pars ē
vera. 7 nulla sunt ꝯdictoria quin illox al-
tera pars sit vera. ergo 7c. ita q semp re-
latiuū sequat ly. quin. postremo vero ois
termin9 q se tenet a pte pdicati. Et ita in
alijs casib9 est dicendū. Mō ꝯsimili pbā
tur ppōnes vlales de verbo ampliatiuo
pter hoc q in secūda exponente ponitur
verbū disiunctū. vt in resoluentib9. ver. g.
omnis hō fuit. sic exponit. Hō fuit 7 ni-
hil est vel fuit hō. quin illud fuit. ergo 7c.
¶ Itē oē albū disputabit. Albū disputa-
bit. 7 nihil est vel erit albū quin illud di-
sputabit. ergo 7c. ¶ Item oē albū pōt eē
nigrū. Albū pōt eē nigrū. 7 nihil ē vel pōt
esse albū quin illud possit esse nigrū. ergo
7c. ¶ Item ois hō incipit disputare. hō i
cipit disputare. 7 nihil ē vel incipit eē hō
quin illud incipiat disputare. ergo 7c. In
obliquis casib9 ēt ꝯsimiliter exponat te-
nendo modū priorē de relatiuo. Cōsimi-
liter exponūt ppōnes de presenti hñtes
predicatū participiū alicuius vbi amplia
tiui. vt ois hō est preteritus. expōit sic hō
est preteritus: 7 nihil est vel fuit hō quin
illud sit preteritū. ergo 7c. ¶ Iteȝ omne
albū est generandū. Albū est generandū
7 nihil est vel erit albū quin illud sit gene
randū. ¶ Sed ppōnes de subiecto cōpo
sito possūt dupli exponi. sm q subiectuȝ
pōt esse totū compositū vel pars. vt ois
hō vel asinus est asinus. Si subiectū ē to
tum disiunctū. sic exponitur. hō vel asin9
ē asinus: 7 nihil est hō vel asinus quin il-
lud sit asinus. ergo 7c. Si vō precise pri
ma pars ē subiectū. secūda exponēs erit
ista. Nihil est hō quin illud vel asinus sit
asinus. 7 sic ista vniuersalis erit falsa prio
mō 7 secūdo mō vera. 7 ita de alijs dicat
cuiuscūqȝ compōnis existant vel casus.
Uniuersalis aūt negatiua nō exponit sed
dupliciter. pbat. aut p sua singularia. aut

p suum ꝯdictorium. v.g. nullus hõ ē chi mera. pbaꝛ sic. Primo mõ nec iste hõ ē chi mera nec ille hõ ē chimera. ⁊ sic de singul. g ⁊c. 2° pbaꝛ sic. Ista ppõ ē f ſa. aliqs hõ est chimera: ⁊ ista ꝯdicit isti. nullus hõ ē chimera. ergo hec ē vera. Et cõiter i oib⁹ alijs talis modus seruetꝛ. Ex pdicto mõ pbandi ppões vles affirmatiuas isero aliquas ppões. ¶ Prima ē ista. Oē qđ fuit est. pbaꝛ. Aliquid qđ fuit ē. ⁊ nihil ē qđ fuit quin illud sit. ergo ⁊c. Maior est manifesta: ⁊ similiter minor. q2 suũ ꝯdictoriũ est falsũ. vz. aliquid ē qđ fuit qđ nõ est. hec nãq3 ē implicatio ꝯdictiõis. ⁊ ita ꝯcediꝛ q oē qđ erit ⁊ oē qđ põt esse est. ⁊ ēt omne qđ ē itelligibile aut imagiabile ē pz. qlibet istaꝝ ex suis exponētib⁹: in qrũ negatiua nõ dz poni verbũ disiunctuz. q2 verbũ pncipale ipsius vlis est solũmõ verbum de pñti absq3 participio subsequentis alicuius verbi ampliatiui. ¶ 2a ppõ. Oē qđ nõ fuit est. pbaꝛ. Aliquid qđ ñ fuit est. sicut instãs. psens. ⁊ nihil est qđ nõ fuit quin illud sit. ergo ⁊c. secũda exponēs iteruz est vera. q2 suũ ꝯdictoriũ implicat ꝯdictionē. vz. aliquid ē qđ nõ fuit qđ non est. Et ꝯñter ꝯcediꝛ q oē qđ nõ erit est. ⁊ oē qđ nõ potuit nec poterit esse ē. ¶ 3a ppõ. Quolibet maiori te ⁊ quolibet miori te tu es minor. pbaꝛ. Aliquo maiori te ⁊ quolibet minori te tu es minor. vt pbatũ est i alio caplo. ⁊ nihil est maius te ⁊ quolibet minori quin illo tu sis minor. g ⁊c. minor pz. q2 suũ ꝯdictoriũ est falsũ. ¶ 4a ppõ. Quolibet minori te: ⁊ quolibet maiori te tu es maior. pbaꝛ. Aliquo minori te: ⁊ quolibet maiori te tu es maior. ⁊ nihil est minus te ⁊ quolibet maiori te qn illo tu sis maior. ergo ⁊c. pz ꝯña cũ maiori ex alio capitulo. minor pbaꝛ p suum ꝯdictorium. qđ est falsũ. vz aliquid ē minus te ⁊ quolibet maiori te: quo tu nõ es maior. quare ⁊c.

Cap. 3.

Propõ officiabilis ē illa cuius dictum vel oratio ifinitiua determinaꝛ aliquo termio modali vel cõcernēte actũ mentis. termini modales sũt isti. verum. falsum. necessarium. ꝯtingens. possibile. impossibile. Termini vo ꝯcernentes actum mētis dicunꝛ isti. Scio. dubito. credo. volo. nolo. intelligo. cognosco. ⁊ siles. ac ēt ipsoꝝ participia. Huiusmõi ãt termini aliqñ faciunt sensum ꝯpositũ aliqñ diuisum. faciunt sensũ ꝯpositũ qñ pcedunt totaliter dictũ vel orõnē ifinitiuã. aut finaliter subsequũꝛ. vt possibile ē sor. currere. Sor. currere ē ꝯtigēs. tu scis deũ esse deũ eē est scituz a te. sed qñ aliqs istorum termioꝝ mediat iter actũum casuz ⁊ verbũ infinitiui modi. tunc ꝯstituere dr sēsum diuisũ. vt deum necesse est eē hoiem scis esse aial. ⁊ ita de alijs. Et hui ppõ de sensu diuiso pbanda est fm exigentiã termini pcedentis simplr. ⁊ nõ rõne termini modalis. aut rõe alicuius alterius termini ꝯcernentis actum mētis. v.g. oēm hominē possibile est currere. h nõ est officiãda. sed exponēda iuxta doctrinã traditaz i secundo capitulo de pbatiõe vlium ppõnum. isto mõ. Hoiem possibile est currere. ⁊ nihil est vel possibile ē hoiem qn illud possibile sit currere. g ⁊c. ¶ Itē hec ē resoluenda. A. scio esse veꝝ isto mõ. Hoc scio eē veꝝ. ⁊ hoc est. a. ergo ⁊c. ¶ Propõ vo de sensu ꝯposito officiabiliꝛ pbaꝛ. vt possibile est sor. currere. Hec ppõ ē possibilis. sor. currit. que adequate significat sortem currere. ergo ⁊c. Item necesse est deum esse. Hec ppõ est necessaria. de⁹ est que adequate significat deum ē. ergo ⁊c. Cõsilr pbanꝛ iste. Tu scis sor. currere tu dubitas regem sedere. pria nãq3 sic officiaꝛ. Hec ppõ est scita a te. sor. currit. que adeqte significat sor. currere. g ⁊c. Et ita ꝯsilr dicaꝛ ad ifinitas ꝯsimiles iuxta consonantiam termini facientis sensum ꝯpositum. Ex predictis isero aliqs ꝯclusiões. ¶ Prima est ista. Albũ possibile est esse nigrum. ⁊ tñ impossibile est albũ eē nigꝝ. Prima pars pz. qm̃ hoc possibile est esse nigrum te demõstrato. ⁊ hoc est vel possibile est esse albũ. ergo ⁊c. patet ꝯña a resoluentibus ad resolutum. Et secunda ps pbatur. Nam hec ppõ est impossibilis.

Album est nigrum. que adequate signifi-
cat albuz esse nigrum. ergo rc. pz ꝯña ab
officiãtibꝰ ad officiatũ. Et ita ꝓbatur ista
ꝯclusio. sedentẽ possibile ẽ currere. ꝛ tñ i
possibile ẽ sedentẽ currere. ¶ 2ª cõclusio.
Omnẽ hominẽ ꝯtingens est esse. ꝛ tamẽ
necesse est omnẽ hominẽ esse. Prĩa pars
ꝓbat. qm̃ hoiez cõtigẽs ẽ esse. ꝛ nihil est
vel ꝯtingens est esse hominẽ. qui illð cõ
tingens sit esse. ergo rc. pz ꝯsequentia ab
exponentibus ad expositum. secũda pars
ꝓbatur. Nã hec ꝓpõ ẽ necessaria. omnis
hõ est. que adequate significat omnẽ ho-
minem esse. ergo rc. patet cõsequentia vt
prius. ¶ Tertia ꝯclusio. Tu scis alteruz
istorum esse verũ. demõstratis istis cõtra
dictorijs. rex sedet. nullus rex sedet. ꝛ ta-
men nullũ istoꝝ scis esse veꝝ. prima pars
patet. qꝛ hec ꝓpõ est scita a te. alteꝝ istoꝝ
est veꝝ. que adequate significat alteꝝ isto
rum esse veꝝ. ergo secunda pars ꝓbatur.
qꝛ nec hoc istoꝝ scis esse veꝝ. demõstran
do affirmatiuã. nec hoc istoꝝ scis eẽ veꝝ.
demõstrando negatiuã. ꝛ non sunt plura
istoꝝ. ergo rc. patet ꝯsequẽtia a singula-
ribus sufficienter enumeratis ad suã vni
uersalẽ. ¶ Quarta ꝯclusio. Tu dubitas a
ẽsse veꝝ. ꝛ tñ nullum. a. dubitas esse veꝝ.
ꝓbatur. ꝛ pono ꝙ omne. a. sit illa. deꝰ est.
qm̃ scias esse veram. sꝫ dubites an ista sit
a. scias tñ ꝙ. a. sit aliqua ꝓpõ. isto posito
prima pars patet. qm̃ hec est tibi dubia.
a. est verum. que adequate significat. a. es
se verum. ergo rc. Secũda pars ꝓbatur
sic. arguendo nullam talem. deus est. du
bitas esse veram. sed omne. a. est aliq̃ tal.
ergo nullum. a. dubitas esse veꝝ. patet cõ
sequentia. qꝛ est syllogismus in secũdo p
me figure. ꝛ antecedens est manifestum
ex casu. ¶ Quinta ꝯclusio. volo tibi dare
equum meum ꝛ tamen nullum equũ me
um volo tibi dare. ꝓbatur. ꝛ pono ꝙ ti-
bi ꝓmittaz equum meum quem credã eẽ
in stabulo: sit tñ coram me quez putẽ esse
platonis: ita ꝙ nõ meum: ob quã causaz
istum equum quẽ video nõ velim tibi da
re. isto posito prima pars patet. offician-
do ꝛ officiatur sic. Hec ꝓpositio est voli-
ta a me. do tibi equum meum: per casuz:
que adeq̃te significat me dare tibi equuz
meum. ergo rc. patet cõsequentia ab offi
ciantibus ad officiatam. secundã partem
ꝓbo sic. nullũ equum quẽ credo esse pla
tonis volo tibi dare. sed omnẽ meũ equũ
credo esse platonis. ergo nullum equum
meum volo tibi dare. patet cõsequẽtia vt
prius. quia est in secundo prime figure.
ergo rc. ¶ Sexta ꝯclusio. Percipio sor.
loqui. ꝛ tñ nullũ sor. percipio loqui. ꝓba
tur. ꝛ pono ꝙ sint a longe sor. ꝛ pla. ita ꝙ
nesciam distinguere quis sit sor. vel pla.
loquit tamẽ sor. cuius vocẽ bñ cognoscã
ꝙ est sortis. ꝛ tamẽ nõ loquitur pla. isto
posito. patet prima pars per casum. quia
sequitur percipio vocem sor. ergo ꝑcipio
sor. loqui. ꝛ secunda pars ꝓbatur. quoniã
sequitur. nullum istorum percipio loqui.
sed omnis sor. est aliquis istorũ. ergo nul
lum sor. percipio loqui. patet cõsequẽtia.
quia est syllogismus in secundo prime fi
gure. ¶ Hic est notanduz ꝙ iste ꝓpões
cõcesse in capitulo resolubilium. s. verum
est ꝙ mundus nunꝙ̃ fuit. ꝛ necessarium
est ꝙ deus nunꝙ̃ erit. Possibile ẽ ꝙ ni-
hil fuit: ꝛ ꝙ nihil erit. nõ sunt vere officia
biliter ꝓbando. nec sunt similes in signifi
cando dum resoluuntur ꝛ dum offician-
tur. quõiam officiabiliter tenetur ly. ꝙ cõ
iunctiue: ꝛ resolubiliter tenet ly. ꝙ relati
ue. quare rc. Cap. 4.

Ropositio descriptibilis est illa
P i qua terminꝰ cõcernẽs actũ men
tis incõplexum determinat nullo
termino precedente mediato vt ego co-
gnosco sortem. hec nanqꝫ sic describitur.
Ego cognosco aliquid sub ratiõe qua sor.
Tu intelligis hominem. tu intelligis ali
quid sub ratiõe qua hõ. Sed termini cõ-
cernentes actum mentis. qui si cadunt su
per incõplexum illud necessario est signi
ficatum cõplexi. aliter sunt describendi. si
cut scire. credere. dubitare. ꝛ huiusmodi.
Ut tu scis. a. propõnez sic describitur. tu
scis adequatum significatuz. a. propõnis.

quod ſcis adequate ſignificari per.a. pro
põnem.ergo ⁊c̃.Tu credis.a. propoſitio
nem.tu credis adequatum ſignificatum
a.propoſitionis quod credis adequate
ſignificari per.a.propoſitionem.ergo ⁊c̃.
¶ Item tu dubitas.a.⁊.b. propoſitiões
tu dubitas adequata ſignificata.a.⁊.b. ꝓ
poſitionum.que ſcis vel credis adequa-
te ſignificari per.a.⁊.b.propoſitiones. er
go ⁊c̃. ¶ Notanter dicebatur.nullo ter-
mino mediato precedente.quia ſi prece-
deret aliquis terminus mediatus ratio-
ne illius deberet iſta propõ probari. qđ
patet per iſtaꝫ regulaꝫ. A primo termio
mediato ſꝑ ē incboãda ꝓpõnis ꝓbatio.vt
ois hõ itelligit ſe.hec ē exponẽda iſto mõ
hõ itelligit ſe ⁊ nihil hõ quin illud intelli
gat ſe.g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ homines cognoſcũt fu
tura:hec ē ſic reſoluẽda.hec cognoſcũt fu
tura:⁊ hec ſunt homines.ergo ⁊c̃. ¶ Cir
ca predicta in hoc capitulo ⁊ prioribus ē
notanda diuerſitas ꝓbationum precedẽ
tium quarũcũqꝫ ꝓpõnum. quoniam pro
poſitio deſcriptibilis conuertitur cuꝫ ſua
deſcriptione:⁊ propoſitio vniuerſalis af
firmatiua ſeu quecũqꝫ alia exponibilis.ſi
militer ꝯuertitur cũ ſuis exponentibus ſi
mul ſumptis. Unde hñ ſequitur.cogno-
ſco hoieꝫ:ergo cognoſco aliquid ſub rõne
qua homo.⁊ econuerſo. ¶ Item omnis
homo currit.ergo homo currit ⁊ nihil eſt
homo quin illud currat ⁊ ecõuerſo. Sed
propoſitio reſolubilis non conuertit̃ cuꝫ
ſuis reſoluentibus:nec officialibus cũ ſu
is officiantibus. Unde licet ſequat̃. Hoc
eſt animal:⁊ hoc eſt homo. ergo homo ē
animal.non tamen ſequitur ecõuerſo.hõ
eſt animal.ergo hoc eſt animal: ⁊ hoc eſt
hõ:quia antecedens eſt neceſſarium ⁊ cõ
ſequens ꝯtingens.etiã poſt mille annos
erit ita:ſicut primarie ⁊ adequate: ſignifi
catur per antecedens:⁊ tamen nõ erit ita
ſicut primarie ⁊ adequate ſignificat̃ per
conſequens. ¶ Item ſequitur:hec propo
ſitio eſt neceſſaria deus eſt.que adequa-
te ſignificat deum eſſe.ergo neceſſe ē de-
um eſſe.⁊ tamen nõ ſequitur ecõuerſo ne

ceſſe eſt deum eſſe. ergo hec propoſitio ē
neceſſaria. deus eſt.que adequate ſigni-
ficat deum eſſe.qꝛ antecedens eſt neceſſa
riũ ⁊ cõſequẽs ꝯtingens. Similiter ſi nul
la ꝓpõ foret:ita eſſet ſicut primarie ⁊ ade
quate:ſignificatur per antecedẽs. ⁊ tamẽ
nõ ita eſſet ſicut primarie ⁊ adequate: ſi-
gnificat̃ per cõſequens. Ex predictis inſe
ro aliquas cõcluſiões. ¶ Prima eſt iſta.
venientẽ cognoſco. ⁊ tñ nõ cognoſco ve-
nientẽ. ꝓbat̃. ⁊ pono ꝙ ſoꝛ. ſit a lõge qui
veniat verſus me:quẽ ſciã eẽ ſoꝛ. ſꝫ credã
ipſũ nõ moueri:⁊ nihil aliud ꝯcipiaꝫ. iſto
poſito pꝫ pars pria.qm̃ h̃ cognoſco ⁊ h̃ ē
veniẽs.g̃ ⁊c̃.2ª pars ēt patet.qꝛ nõ cogno
ſco aliquid ſub ratiõe qua veniens. ¶ Se
cunda concluſio eſt iſta. Deum trinum ⁊
vnum cognouit Ariſtotiles. ⁊ tamen Ari
ſtotiles nõ cognouit deum trinum ⁊ vnũ.
prima pars patet.quoniaꝫ hoc cognouit
Ariſt. demõſtrando deum. ⁊ hoc eſt deus
trinus ⁊ vnus.ergo ⁊c̃.ſecunda pars etiã
patet.quoniam Ariſt.non cognouit ali-
quid ſub ratione qua deus trinus ⁊ vnꝰ.
ergo ⁊c̃.patet cõſequentia a deſcriptione
ad deſcriptũ. ¶ Tertia cõcluſio. A. pro-
põnem ſcio.⁊ tamen nõ ſcio.a.propõneꝫ.
probatur.⁊ pono ꝙ.a.ſit illa. deus ē. quã
ſciam ⁊ credam ꝙ nõ ſit aliquod.a.in mũ
do.iſto poſito.ſcio.a.propõnem. qꝛ hoc
ſcio demõſtrando iſtam deus eſt.⁊ hoc ē
a.propoſitio.ergo ⁊c̃.⁊ tamen nõ ſcio.a.
propõnem qꝛ nõ ſcio aliquid ſub ratione
qua.a.ꝓpõ ex quo ñ ſcio.a.eſſe. ¶ Quar
ta cõcluſio. Soꝛ.percipis.⁊ tamen nõ per
cipis ſoꝛ.probatur.⁊ pono ꝙ ſoꝛ. loquat̃
coram te.cuius vocem audias.credas tu
tamen ꝙ nõ ſit aliquis ſoꝛ.in mundo iſto
poſito ſoꝛ.percipis.quia hoc percipis et
hoc eſt ſoꝛ.ergo ⁊c̃.⁊ tamen non percipis
ſoꝛ.quia non percipis aliquis ſub ratiõe
qua ſoꝛ. quare ⁊c̃.

Cap. 5.

e X predictis pꝫ ꝙ neceſſariũ ⁊ cõ
tingẽs dupliciter ſumunt̃.ſ. reſo
lubiliter ⁊ officiabiliter.ſed ipſoꝝ
aduerbia.ſ.neceſſario.⁊ cõtingenter:expo
nibiliter ꝓbantur.vt neceſſario deꝰ eſt. ſic

exponit̄. deus est. ⁊ nō pōt esse quin deus
sit. ergo. ⁊c̄. Itē necessario mūd⁹ fuit mū
dus fuit ⁊ nō potuit esse qui mundus fue
rit. Item necessario aliquid erit. aliquid
erit. ⁊ non poterit esse quin aliquid erit.
ergo. ⁊c̄. ita ꝙ verbum principale secun-
de exponentis sit eiusdem temporis cum
verbo principali exponende. Opposito
modo exponitur. contingenter. vt con-
tingenter tu es. exponitur. sic. tu es. ⁊ p̄t
esse ꝙ tu nō sis. ergo. ⁊c̄. Item cōtingēter
tu eris. tu eris. ⁊ poterit eē ꝙ tu nō eris.
ergo. ⁊c̄. ⁊ ita de preterito dicat̄. ¶ Hic
sunt duo notabilia. primū est. ꝙ necessa-
rio ⁊ contingēter. sumuntur aliquando.
in sensu diuiso: ⁊ aliquādo in sensu ꝯposi
to: sicut necessariū ⁊ ꝯtingēs. In sensu cō
posito quādo totaliter p̄cedunt: aut fina
liter subsequūt̄. vt necessario hō est aial.
tu curris ꝯtingēter. sꝫ in sensu diuiso quā
do mediāt inter subiectū ⁊ verbū: aut in-
ter verbū ⁊ p̄dicatū. Exemplū p̄mi: hō ne
cessario ē aial. Exēplū secūdi. sor. est cōtin
gēter currens. ¶ Secūdū notabile ē illō.
Qualitercūqꝫ in sensu ꝯposito sumat̄ sp̄
eodē mō exponūtur: vt dictū est. Sed qñ
in sensu diuiso sumūtur: p̄cedēte alio ter
mino mediato. nō exponūtur: sꝫ ꝓpō pro
bāda est s̄m exigētiā termini p̄cedentis ꝑ
regulā superius assignatā: a p̄mo termio
mediato. ⁊c̄. vt hō necessario ē aial. hec nō
exponēda neqꝫ ꝓbāda rōne illi⁹ termini:
necessario: sed resoluēda rōne istius ter-
mini: hō: vt hoc necessario est aial: ⁊ h̄ est
hō. ergo. ⁊c̄. quo facto prima resoluens ē
exponēda sic. est hoc aial. ⁊ hoc nō pōt nō
eē aial. ergo. ⁊c̄. ita ꝙ ly. pōt. sequat̄ subie
ctū: sicut ly. necessario: vel ꝯtingēter. Ex q̄
sequit̄ ēt ꝙ ista verbū pōt sumit̄ aliquan
do in sensu composito: aliquando in sen-
su diuiso: In sensu composito quando
precedit totaliter seu impersonaliter tene
tur. vt potest esse ꝙ tu curris. In sen-
su diuiso quādo ꝑsonaliter sumit̄. vt anti
christus potest eē. Ex p̄dictis infero aliq̄s
ꝯclusiōes. ¶ Pria ē ista. Necessario ali-
qd ē qō ꝯtigēter ē. ꝓbat̄. aliqd ē qō con
tingēter est. ⁊ non potest eē quin aliquid
sit qō ꝯtingenter ē. ergo. ⁊c̄. ¶ Secunda
ꝯclusio. Aia tua necessario ē. ⁊ tñ ꝯtingen
ter aia tua ē. prima pars ꝓbat̄ resoluto-
rie. vt hoc necessario est: ⁊ hoc est anima
tua. ergo. ⁊c̄. secūda pars ꝓbat̄ exponibi
liter. sic aia tua ē. ⁊ p̄t eē ꝙ nō aia tua sit.
ergo. ⁊c̄. Nā sequit̄. oppositū. ⁊ p̄t eē ita
sicut adequate significat̄ ꝑ añs. ergo pōt
eē ita sic̄ adeq̄te significat̄ ꝑ ꝯñs. ¶ Ter
tia ꝯclusio. Necesse ē te fuisse. ⁊ tñ ꝯtingē
ter tu fuisti. p̄ma ps ꝓbat̄. quoniā hec est
necessaria tu fuisti q̄ adeq̄te significat te
fuisse. ergo. ⁊c̄. secūda pars ꝓbat̄. nam tu
fuisti ⁊ potuit eē ꝙ nō fuisti. ergo cōtingē
ter tu fuisti. ¶ Quarta ꝯclusio. Pōt esse
ꝙ antixp̄s sit hō q̄ est: ⁊ tñ antixp̄s nō pōt
eē hō q̄ est. pria ps ꝓbat̄: quoniā hec est
possibilis. antixp̄s ē hō q̄ ē: q̄ adequate si
gnificat ꝙ antixp̄s ē hō q̄ est. ergo. ⁊c̄. vñ
ly p̄t impꝑsonalr sumptū ē termin⁹ officia
bilis sicut ly. possibile. secūda ps pꝫ: quo
niā detur oppositū. vꝫ antixp̄s pōt eē hō
qui ē. ⁊ ex isto sequit̄ ꝙ antixp̄s pōt eē hō:
⁊ ille est. cōseqnēs est falsuꝫ. ergo ⁊ antece
dēs. ⁊ patet ꝯsequētia. q2 ly. pōt sumptuꝫ
ꝑsonaliter est terminus imediatus ⁊ rela
tiuū: qui: que: qō: est resolubile generali-
ter in. ⁊ ille: illa: illud ex quo nō impedit̄
per aliqō signū precedens. ¶ Hic est no
tādū ꝙ ly. necessario: dupliciter sumitur.
Uno modo nominalit̄ i datiuo vel abla-
tiuo casu. Alio mō aduerbialiter. vt dictū
est. primo modo nō exponitur: sed resolui
tur. vt necessario tu es: isto tu es: ⁊ h̄ ē ne
cessariū. ergo. ⁊c̄. ex quo sequit̄: ꝙ necessa
rio tu es hō. ⁊ tñ cōtingēter tu es hō. tenē
do ly. necessario. nominaliter in ablatiuo
casu. quia isto tu es hō: demōstrādo deū:
⁊ hoc est necessariū. ergo. ⁊c̄. sumendo ta
men ly. necessario. aduerbialiter: foret ista
propositio impossibilis propter impossi
bilitatem exponentium. ¶ Itē concedit̄
ꝙ sor. necessario obedit. ⁊ idem sor. cōtin
genter obedit: sumēdo ly. necessario in da
tiuo casu. q2 sor. huic obedit: demōstrādo
deū: ⁊ hoc est necessariū. ergo. ⁊c̄. secūda

pars ēt pꝫ: exponēdo sic. soꝛ. obedit ꝛ pōt nō obedire. ergo cōtingenter soꝛ. obedit quare ꝛc̄.

Cap. 6.

[i]Am gradus ꝯpōnis restat expōere. ꝛ ꝑmo positiuū ꝯpabiliter sūptum: vt tu es ita foꝛtis sic aliq̄s hō mūdi. expōit̄ sic. tu es foꝛtis: ꝛ aliq̄s hō mundi est foꝛtis ꝛ nō aliquis hō mundi est foꝛtioꝛ te. ergo ꝛc̄. ¶ Item tu fuisti ita foꝛtis sicut aliquis homo tu fuisti foꝛtis: ꝛ aliquis homo fuit foꝛtis: ꝛ non aliquis hō fuit foꝛtioꝛ te. ergo ꝛc̄. ꝛ ita de futuro suo dicat̄. Sed nōndū ꝙ si fiat ꝯpō ꝛ̄spectu t̄mini cōis a ꝑte post: nō distributi: nō dꝫ sumi ille t̄min⁹ sub distributiōe in aliq̄ exponentiū. vt tu es ita albus sicut oīs hō: nō dꝫ dici in secūda exponēte. oīs hō est albus: q2 est falsa ꝛ exposita vera. Sequit̄. n. tu es ita alb⁹ sicut ille hō. ergo tu es ita alb⁹ sicut oīs hō. patet ꝯn̄a ab īferioꝛi ad suū superi⁹ affirmatiue sine distributiōe ꝛ sine signo impediēte. ideo dꝫ sic exponi tu es alb⁹: ꝛ hō est alb⁹ ꝛ n̄ oīs hō ē albioꝛ te. g̊ ꝛc̄. ¶ Ex p2edicto mō exponēdi infero aliq̄s cōclusiōes. ¶ Prima est ista. Tu es ita foꝛtis sicut oīs hō mundi: ꝛ tn̄ nō es ita foꝛtis sicut aliq̄s hō mūdi. p2ima pars pꝫ. q2 tu es foꝛtis: ꝛ homo mūdi est foꝛtis: ꝛ nō oīs hō mūdi est foꝛtioꝛ te. g̊ ꝛc̄. secūda ꝑs silr̄ patet. qm̄ suū ꝯ̈dictoꝛiū est falsū. vꝫ. tu es ita foꝛtis sicut aliquis hō mundi. q2 ex ipsa sequit̄ tertia sua exponēs. vꝫ nō aliquis hō mūdi ē foꝛtioꝛ te. qđ est falsum. ¶ 2ª conclusio. Aīal ꝙ nō est ita foꝛte sicut leo: est ita foꝛte sic̄ oē aīal mundi. ꝓbat̄. equus est ita foꝛtꝫ sicut oē aīal mundi: ꝛ idem equ⁹ ē aīal ꝙ n̄ est ita foꝛte sicut leo. ergo ꝛc̄. patet ꝯn̄a. q̄si a resoluentib⁹ ad resolutū. antecedēs āt patet exponēdo ꝛ resoluēdo. ¶ 3ª ꝯclusio Ego sum ita sapiēs sicut tu ꝛ de⁹: ꝛ tamē ego nō sum ita sapiens sicut de⁹. scđa ꝑs est de se manifesta. ꝛ ꝓbat̄ p2ima. nā ego sum sapiens ꝛ tu ꝛ deus estis sapientes. ꝛ nō tu ꝛ deus estis sapientioꝛes me. ergo ꝛc̄. patet ꝯn̄a ab exponentib⁹ ad expositū. ꝛ p2ima ac secūda pars sūt manifeste. tertia vō p2obat̄. q2 si nō detur oppositum. Tu ꝛ deus estis sapientioꝛes me: ergo tu es sapiētioꝛ me. ꝯn̄s falsū. vt ego suppono. ¶ Quarta cōclusio. Tu eris ita senex sicut tu eris. ꝛ tn̄ in nullo instanti tu eris ita senex sicut tu eris. p2ima ꝑs patet ꝑ exponentes. tu eris senex: ꝛ nunq̄ꝫ eris senioꝛ q̄ꝫ tu eris. ergo ꝛc̄. secūda pars ꝓbat̄. qm̄ quocūqꝫ instanti dato in quo tu eris senex. in isto instanti nō eris ita senex sicut tu eris. quia post istud eris senioꝛ. g̊ in nullo instāti tu eris ita senex sic̄ tu eris. patet ꝯn̄a. q2 ꝯ̈dictoꝛiū cōsequentis repugnat antecedenti: p2opter distributionēꝫ istius termini sicut. sup2a verbum substātiuum.

Cap. 7.

[c]Omparatiuus gradus exponit̄ similiter per tres exponētes. vt soꝛ. est foꝛtioꝛ platone. soꝛ. est foꝛtis ꝛ plato est foꝛtis: ꝛ nō plato ē ita foꝛtis sic̄ soꝛ. ergo ꝛc̄. ¶ Itē tu es foꝛtioꝛ aliq̄ hoīe tu es foꝛtis ꝛ aliquis hō est foꝛtis: ꝛ n̄ aliquis hō ē ita foꝛtis sicut tu. ergo ꝛc̄. ſꝫ huius. tu es albioꝛ oī homine. secūda exponēs nō debet esse ista. omnis hō est albus: qm̄ tunc exposita esset vera: ꝛ vna exponens falsa: ꝙ nō est cōcedendū in logica: sed debet sic exponi ista. Tu es alb⁹ ꝛ hō est alb⁹: ꝛ nō omnis hō est ita albus sicut tu. ergo ꝛc̄. Ex p2edicto mō exponēdi infero aliquas ꝯclusiones. ¶ Prima. Tu es albioꝛ omni homine ꝛ tn̄ tu nō es albioꝛ aliquo homine. p2ima pars patet ꝑ exponentes: ꝛ secūda similiter: q2 suū cōtradictoꝛiū est falsum. s. tu es albioꝛ aliq̄ homine. q2 tertia eius exponens est falsa. vꝫ nō aliquis hō ē ita albus sicut tu. quia tu ipse es ita alb⁹ sicut tu. vel quilibet qui est albioꝛ te: ē ita alb⁹ sicut tu: lꝫ nō p2ecise. ¶ Secūda cōclusio. Soꝛ. qui nō ē melioꝛ deo est melioꝛ omni ente mūdi. patꝫ. qm̄ soꝛ. nō est melioꝛ deo: vt satis liquet. ꝛ tamen est melioꝛ omni ente mūdi: quia ipse est bonus. ꝛ aliquod ens mūdi ē bonum: ꝛ nō omne ens mūdi est ita bonum sicut soꝛ. ergo ꝛc̄. ¶ Tertia cōclusio. Ego sum scientioꝛ te ꝛ deo ꝛ tn̄ nō sū scientioꝛ

deo. 2ª ps pz de se. ⁊ p̄ria ꝓbatꝰ p expone̅tes. nã ego sũz sciẽs: ⁊ tu ⁊ vos estis scientes ⁊ ñ tu ⁊ vos estis sciẽtes sic ego. ista pz. qm̃ dat oppoᵐ. s. tu ⁊ vos estis ita sciẽtes sic ego. g̃ tu es ita sciẽs sic ego. ꝯñs falsũ. vt ego suppono. ¶ Quarta cõclusio. Tu eris senior q̃ tu eris in aliquo istãti. ⁊ tñ in nullo istãti tu eris senior q̃ tu eris i aliquo instãti. p̄ria ps ꝓbatꝰ. qm̃ tu eris senex: ⁊ in aliquo instãti eris senex: ⁊ nõ in aliquo instãti eris ita senex sicut tu eris. g̃ tu eris senior q̃ tu eris in aliquo istãti ꝯña tenet ab exponẽtibꝰ ad expositũ. ⁊ tertia pars añcedẽs ꝓbata ẽ i alio capl̃o in q̃rta cõclusiõe. Sed scd̃a pars cõclusiõis ꝓbatur. qꝛ si nõ detur oppositum. s. ꝙ in aliquo instanti tu eris senior q̃ tu eris in aliquo instanti. ⁊ sit illud. a. ⁊ patet ꝙ ista est falsa. in. a. instanti tu eris senior q̃ tu eris in aliquo instanti. quia vna exponẽs est falsa scilicet non in aliquo instanti tu eris ita senex sicut tu eris in. a. istãti. quia in. a. instãti tu eris ita senex sicut tu eris i a. instanti. Et i infinitis instãtibus vltra. quare ⁊c̃. ¶ Notãdum ꝙ queãdmodum exponitur comparatiuus gradus: ita expõitur magis: ⁊ q̃. vt ego sum magis valẽs q̃ tu. sic exponitur. ego sum valens ⁊ tu es valẽs. ⁊ nõ tu es ita valẽs sicut ego. ergo ⁊c̃. Et cõsimiles cõclusiones possũt inferi. vnde cõceditur ꝙ animal quod est magis debile q̃ sit musca: est magis forte q̃ sit omne animal mundi. Et homo q est magis sapiẽs q̃ omnis homo: est minus sapiẽs q̃ omnis hõ. ⁊ ita de ĩfinitis alijs. quare ⁊c̃. Cap. 8.

Superlatiuus gradus expõitꝰ per tres exponẽtes: nisi vna istarũ cũ altera coĩcidat. vt tu es fortissimꝰ istorum. potest dupliciter exponi. aut per comparatiuum: aut per positiuum comparabiliter sumptum. Exemplum primi. vt tu es fortis: ⁊ isti sunt fortes: ⁊ nõ aliquis istorum est fortior te. g̃ ⁊c̃. Exẽplum scd̃i. tu es fortis ⁊ isti sũt fortes: ⁊ nõ aliquis istorum ẽ ita fortis sicut tu. ergo ⁊c̃. ¶ Item tu es fortissimꝰ omnium hominum sic expõitꝰ. Tu es fortis. homĩes sũt fortes: ⁊ nõ omnes homĩes sũt fortiores te. ergo ⁊c̃. vel non oĩs homo est fortior te. ¶ Secundo mõ sic exponitur. Tu es fortis: ⁊ homĩes sũt fortes: ⁊ nõ oẽs homines sũt ita fortes sicut tu: vel nõ omnis hõ est ita fortis sicut tu. ergo ⁊c̃. Et ita de alijs de p̄terito ⁊ de futuro suo mõ dicatꝰ. ¶ Ex predictis ĩfero aliquas ꝯclusiones. Prima est ista. Tu es fortissimus istorũ ⁊ debilissimus istorum. probatur. ⁊ pono ꝙ tu ⁊ sor. ⁊ pla. sitis eque fortes. ⁊ p ly. istorum demonstro vos tres. isto posito patet prima pars: quoniam tu es fortis ⁊ isti sũt fortes: ⁊ nõ aliquis istorum est fortior te. ergo ⁊c̃. Etiam secũda pars est vera: quia tu es debilis: ⁊ isti sunt debiles ⁊ nõ aliquis istorũ est debilior te. ergo ⁊c̃. Hec tamen cõclusio nõ esset vera exponẽdo eam secundo mõ. vtputa per ly. ita sicut. quare ⁊c̃. ¶ Secunda ꝯclusio. Tu es sapientissimus omnium. ⁊ tamen tu non es sapientissimus aliquorum hominum. prima pars patet per exponẽtes. vt tu es sapiẽs ⁊ homines sunt sapiẽtes: ⁊ nõ omnes homines sũt sapiẽtiores te. ergo ⁊c̃. secũda pars probatur. quoniam suum cõtradictorium est falsum. vz tu es sapiẽtissimus aliquorum hominum: ꝓpter tertiam exponẽtem falsam. s. nõ aliquis homo est sapiẽtior te. ⁊ hec similiter nõ aliquis homo est ita sapiẽs sicut tu. quia tu met es ita sapiens sicut tu. ergo ⁊c̃. ¶ Tertia cõclusio. Tu fuisti calidissimꝰ omnium hominum: ⁊ frigidissimꝰ omnium hominũ. prima pars patet. quia tu fuisti calidus ⁊ homines fuerũt calidi: ⁊ nõ omnis homo fuit calidior te: etiam nõ omnis homo fuit ita calidus sicut tu. secũda pars etiam eodem mõ probatur: quoniã tu fuisti frigidus ⁊ homĩes fuerũt frigidi: ⁊ nõ omnis hõ fuit frigidior te. etiam non omnis hõ fuit ita frigidus sicut tu. ergo ⁊ cetera. ¶ Quarta cõclusio. Aliquod est maximũ istorꝫ qd̃ nõ est maximũ istorum exponẽdo comparabiliter. probatur. ⁊ pono ꝙ. a. sit magnũ. ⁊. b. maius. c. vo maiꝰ q̃. a. et

maiꝰ q̃̃.b.isto posito.b.est maximū istorum quod nō est maximum istorum. probatur.quoniam.b.est magnū:⁊ aliquod istorum qđ nō est maximum istorum est magnum ⁊ nullum istorum quod non est maximum istorum est maiꝰ.b.ergo.b.est maximū istorum.qđ nō est maximum istorum.patet ꝯña ab exponētibus ad exposi tum. quare ⁊c. Cap. 9.

d Iffert aliđ:⁊ nō idem:eodem mō exponūtur per tres exponētes. vt tu differs ab homine.tu es. ⁊ homo est.⁊ tu nō es homo.ergo ⁊c. ¶ Item tu differs ab omni homine.tu es. ⁊ hō ē. ⁊ tu nō es omnis homo.ergo ⁊c. Est tamē aliqualis diuersitas ī preterito ⁊ futuro.hec.n.tu differs ab antichristo nō sic exponitur.tu eris ⁊ antichristus erit:⁊ tu nō eris antichristus. quoniam exponētes sūt vere ⁊ exposita falsa.sequitur.n.tu differs ab antichristo.ergo simul eris cū antichristo.cōsequens est falsum.vt suppono.sed sic exponitur.tu eris ⁊ antichristꝰ erit quādo tu eris:⁊ tu nō eris antichristus.ergo ⁊c.⁊ ita de preterito dicat̃. q̃re ⁊c. ¶ Ex predictis īfero aliquas cōclusiones.quarum prima est ista.Tu differs ab omni hoīe:⁊ tamē tu nō differs ab aliquo homine.prima pars patet per exponētes. quoniam tu es.⁊ homo est:⁊ tu nō es omnis homo.ergo ⁊c.secunda pars ēt probatur.quia si nō detur oppositū.s. tu differs ab aliq̃ homine.sed hec est falsa.quia tertia eius exponēs est falsa.s.tu nō es aliquis hō.ergo ⁊c. ¶ Secunda cōclusio.tu differs ab omni ente quod ēst ⁊ quod fuit.⁊ quod erit.⁊ tamē tu nō differs ab aliquo ente quod est.quod fuit:⁊ qđ erit. ꝑma pars patet.quōiam tu es:⁊ oē ens qđ est.qđ fuit.⁊ quod erit est.vt patuit in prima propositiōe secundi capituli huiꝰ tractatus.⁊ tu nō es omne ens quod est. qđ fuit.⁊ quod erit.ergo ⁊c.secunda pars ēt patet.q2 suum contradictorium est falsū: cum vna eius exponens sit falsa.s. tu non es aliquid qđ est.quod fuit. ⁊ quod erit. ¶ Tertia ꝯclusio.ego differo a te ⁊ a me ⁊ tamē nō differo a me.prima pars patet ꝑ exponētes. Nam ego sum:⁊ tu ⁊ ego sumꝰ:⁊ ego non sum tu ⁊ ego. ergo ⁊c.secūda v̄o pars patet de se.⁊ ita posset ꝓbari ꝙ tu differs ab hoīe ⁊ ab asino. ⁊ tm̄ nō differs ab homine. ¶ Quarta cōclusio.Tu differs ab asino.⁊ tm̄ tu nō differs ab homine vel ab asino. prima pars pȝ ꝑ exponētes.⁊ secūda similiter. quia detur oppositum.tu differs ab homine vel ab asino.hec est falsa.q2 tertia eius exponēs est falsa.s.tu nō es hō vel asinꝰ.quia eiꝰ cōtradictorium est verum.vȝ.tu es hō vl' asinus.Quecūq3 dicta sunt de hoc v̄bo differt.quo ad exponentes ⁊ ꝯclusiones pn̄t applicari istis terminis.aliud.⁊ nō idem. quare ⁊c. Cap. 10.

e Xclusiuarū quedā sūt primi ordinis.quedam secūdi.⁊ quedā tertij.Exclusiua ꝑmi ordinis est illa cuiꝰ dictio exclusiua.tm̄.solūmodo. aut ꝑcise:precedit subiectum.vt tantū hō currit.sic exponitur.hō currit ⁊ nihil nō homo currit.ergo ⁊c.ita ꝙ semꝑ prima exponēs est ꝑiacēs exclusiue.secūda v̄o est vl'is negatiua de subo exclusiue īfinitato. Et ꝯsimilis expositio est de p̄terito ⁊ futuro.vt tm̄ sor.fuit.sor.fuit.⁊ nihil n̄ sor.fuit ¶ Itē tm̄ antixp̄s disputabit: sic expōit̃. antichristꝰ disputabit.⁊ nihil nō antichristus disputabit. ¶ Notandū ꝙ exclusiua ꝑmi ordinis cōuertit̃ cum vl'i de terminis transpositis.ita ꝙ si vna est vera: ⁊ reliq̃ similiter:⁊ ecōuerso.vnde si hec esset vera tm̄ hō est aīal.hec esset vera.omne animal est hō.sed quia exclusiua est falsa: iō vl'is est falsa.Exclusiua secundi ordinis ē illa ī qua dictio exclusiua mediat īter subiectum ⁊ predicatum siue p̄ponatur siue postponatur copule.vt sor.tātū est hō aut sor.est tm̄ hō.⁊ exponitur quelibet istarū sic sor.est hō.⁊ sor.non est non homo. et ita de preterito ⁊ futuro dicatur. Exclusiua tertij ordinis est illa cuius dictio exclusiua ponitur inter partes predicati. vt.a. propō significat precise sicut ē. que sic exponitur.a.propositio significat sicut est.⁊

a.propositio nō significat nō sicut est. ita
ꝙ semp̱ negatio infinitās cadat super eū=
dem terminū super quem in exposita ca=
dit dictio exclusiua. vt patꝫ ī cuiuscūqꝫ or
dinis exclusiuis. ¶ Notādū ꝙ si dictio
nem exclusiuā alicuius ordinis precedat
alter terminus ꝓbabilis: nō debet illa p=
positio ꝓbari rōne dictiōis exclusiue: sed
ſm exigētiā termini p̄cedētis. Exēplū oīꝫ
ordinū. vt: Necessario tm̄ hō est hō. Ois
homo tm̄ ē aīal. Aliqua propositio signi
ficat p̄cise sicut ē. ꝑma ē exponibilis rōne
istius termini: necessario: secūda rōe illi⁹
signi: omnis: tertia vero ē resolubil᷑: quia
ꝑticularis affirmatiua. ¶ Opposita haꝝ
exclusiuarū assignantur per negationē p̄
positā toti exclusiue. vt hui⁹. Tātū homo
currit: contradictoriū est h̄. Nō tantū hō
currit: ⁊ hēt duas causas veritatꝫ opposi
tas exponētibus: exclusiue affirmatiue. vt
nihil qđ est hō currit. vl' aliqd non homo
currit. ⁊ si vna harū causarū ex vera exclu
siua. negatiua est vera. ⁊ si ambe sunt fal=
se ipsa est falsa: sicut exclusiua affirmatiua
est vera si ambe exponētes sunt vere: ⁊ fal
sa si vna est falsa. Exclusiua vero negatiua
in qua negatio seqtur notā exclusiōis. ēt
exponibilis ē. vt: Tātum hō nō currit. sic
exponit᷑. hō nō currit: ⁊ quodlibet non hō
currit. ⁊ ita exponit᷑ q̄libet talis ꝑmi ordi
nis. ¶ Itē secūdi ordis. vt tu tantū nō es
asinus sic exponit᷑. tu nō es asinus ⁊ tu es
quodlibet nō asinus. Exclusiua vero nega
tiua tertij ordis exponibilis non dat᷑. qꝛ
lꝫ ista sit negatiua. s. a. propositio non est
precise significans sicut ē. nō tamen ē ex=
ponibilis sed est probanda per suū contra
dictoriū. qꝛ talis negatio semper sequitur
verbum ꝑncipale: sicut ⁊ dictio exclusiua.
vt. a. ꝓpositio significat precise sicut ñ ē.
Opposita harum exclusiuarū negatiuaꝝ
dātur. similiter per negationē precedēteꝫ
totam propositioneꝫ. vt huius. tm̄ homo
non currit. contradictoriuꝫ est illud. Non
tantū hō nō currit. quod habet duas cau
sas veritatis oppositas exponētibus ex=
clusiue negatiue asignādas per disiuncti
uā. vꝫ. oīs hō currit. vel aliqd nō hō non
currit: quarū si vna est vera exclusiua: ista
est vera sicut prius dictū est de opposito
ex clusiue affirmatiue. ¶ Ex predictis infe
ro aliq̄s ꝯclusiōes: quarū ꝑma ē ista. Tm̄
hō est hō. ⁊ tm̄ nō tantū hō ē aīal. ꝑma ꝑs
pꝫ ꝑ exponētes: ⁊ vniuersalē de terminis
trāspositis. Secūda ꝑs patet simil'r: qm̄
vna suarum causaꝝ ē vera scilicet aliquid
non hō ē aīal. nā h̄ ē animal: demōstran=
do asinū: ⁊ hoc ē aliqd ñ hō. ergo ⁊c̄. ¶ 2ª
cōclusio. Tu tātum es animal. ⁊ non tan
tum tu es animal. ꝑma pars pꝫ. naꝫ tu es
animal: ⁊ tu non es non animal. ergo ⁊c̄.
Secūda pars conclusionis patet ēt simi
liter. quia vna causarū est vera. s. aliqd nō
tu es animal. ¶ Tertia cōclusio. A. pro=
positio est precise significās sicut est. ⁊ tm̄
a. propositio non est significās precise si=
cut est. probat᷑. ⁊ pono ꝙ. a. sit ista: hō est
asinus. isto posito: patet prima pars: quo
niam. a. est significans sicut est: ⁊. a. nō est
nō significans sicut est. probatur. quia de
tur oppositum. s. a. est nō significās sicut
est ergo. a. nō est significās. sicut est conse
quēs falsuꝫ: immo. a. est significans sicut
est. quia est significās hominem esse. secū
da pars etiā patet. quia sui cōtradictorij
vna exponens est falsa. vꝫ. a. propositio si
est significās nō sicut est: exquo significat
hominem esse asinū. ¶ Quarta conclusio
A. propositio precise significat falsū ⁊ im
possibile. ⁊ tamē. a. propositio p̄cise signi
ficat verū ⁊ necessarium. prima pars pa=
tet ꝑ exponētes. Nam. a. significat falsuꝫ
⁊ ipossibile. ⁊. a. nō ē nō significās falsū ⁊
ipossibile. ꝓbat᷑. qꝛ det᷑ oppositū. s. a. ē non
significās falsū impossibile: ergo. a. non
est significās falsum ⁊ ipossibile. quod nō
est verum: immo. a. significat falsum ⁊ im
possibile. quia significat hominē esse asi=
nū. quare ⁊c̄. secūda pars ēt eodem mo=
do probat᷑. nam est. a. significans veruꝫ ⁊
necessariuꝫ: quia significat hominem esse
⁊. a. non est nō significans veruꝫ ⁊ neces=
sarium. probat᷑. qꝛ det᷑ oppositum. a. est
nō significās verum ⁊ necessarium. ergo

a.non est significans verũ ⁊ necessariũ.cõ sequẽs falsuꝫ.immo.a.significat veruꝫ ⁊ necessariũ:quia significat hominẽ eẽ qḋ ẽ verũ ⁊ necessariũ.⁊ pꝫ ꝯña cũ ꝓoribus si milibus ꝑ istã regulã.Ab affirmatiua de ꝓdicato infinito ad negatiuã de ꝓdicato finito ẽ bona ꝯña.quare ⁊c. Cap. 11.

Dictiones exceptiue sunt iste.ꝓter: preter q̃:⁊ nisi.⁊ differũt eo:q꞉ ꝓter:⁊ ꝓter q̃ idifferẽter excipiũt tã in vniuersali affirmatiua q̃ negatiua sed nisi:nõ excipit nisi in vniuersali negatiua. vnde ita cõgrue dicitur nullus homo ꝓter sortẽ currit: sicut ois hõ ꝓter sor.currit. non tamen cõgrue dicitur.omnis homo nisi sor.currit.vbi cõgrue diceret̃.nullus homo nisi sor.currit.Exceptiua igitur affirmatiua exponitur per duas exponentes in quarum prima negatur predicatuꝫ a parte extracapta.in secunda vero affirmatur predicatũ vniuersaliter de subiecto sumpto cum parte extracapta ĩfinitat vt omnis homo preter sor.currit.sic exponitur sor.nõ currit.⁊ omnis homo nõ sor. currit.ergo ⁊c.Exceptiua vero negatiua similiter exponitur per duas exponẽtes.in quarum prima affirmatur predicatuꝫ de ꝑte extracapta.in secunda vero negat̃ vl'r a subo sumpto cũ parte extracapta infinita.vt nullus hõ ꝓter sor.currit.sic exponit̃.sor.currit.⁊ null⁹hõ ñ sor.currit.g͛.⁊c. ¶ Notãdum ꝙ aliqua est exceptiua ꝓpria aliq̃ ẽ impropria.Ad exceptiuam ꝓpriaꝫ duo requiruntur principaliter.Primuꝫ: ꝙ id a quo fit exceptio stet ꝯfuse distributiue.Ex quo sequit̃ ꝙ ista est impropria. Aliquis homo ꝓter sor.currit.Secundo: ꝙ pars extracapta sit terminus inferior ad illud a quo fit exceptio.Ex quo sequit̃ ꝙ hec est impropria.Omnis homo ꝓter hominẽ currit sꝫ hec est propria. Omnis homo ꝓter sor.currit.q꞉ bene habet istas duas cõditiones vt patet.Preterea ẽ notandũ.ꝙ quelibet exceptiua negatiua conuertitur cũ exclusiua affirmatiua cuius subiectũ est pars extracapta:⁊ predicatuꝫ ẽ terminus compositus ex predicato ⁊ subiecto exceptiue sic precise supponẽte. vnde bene seqtur.nihil ꝓter sor.currit.ergo tm̃ sor.currit.⁊ ecõuerso. Et notãter dicitur.ꝓdicatũ ẽ terminus ꝯpositus ex ꝓdicato ⁊ subiecto exceptiue.qm̃ nõ sequitur. nullũ aial ꝓter hominẽ intelligit.ergo tm̃ hõ intelligit.añs enim ẽ verũ.⁊ ꝯñs falsũ. sꝫ bñ seqt̃.ergo tãtũ hõ ẽ aial intelligens. dicebat̃ ẽt sic ꝓcise supponẽte.quia nõ sequit̃ nullus hõ ꝓter sor.currit.ergo tantũ sor.ẽ hõ currẽs.sꝫ solũ seqtur.ergo tm̃ sor.ẽ aliquis hõ currẽs.Dato enim ꝙ de specie hũana nõ curreret aliqs masculus nisi solus sor.sꝫ cũ hoc ml'te mulieres currerẽt.tũc hec eẽt vera.nullus hõ ꝓter sor. currit.⁊ hec similiter tm̃.sor.est aliqs hõ currens.sꝫ hec eẽt falsa tm̃ sor.est hõ currẽs. ¶ Ex his infero aliq̃s cõclusiones: quarũ prima ẽ ista.Hec consequentia nõ valet.Omnis homo preter sor.currit.ergo omnis homo preter hominem currit. quia antecedẽs est vna exceptiua ꝓpria: ⁊ consequens nõ. ¶ Secunda conclusio. Omne animal preter antichristum est animal.⁊ tamẽ nõ omne animal preter hominẽ est animal.prima pars patet per exponẽtes.quoniã antichristus nõ est animal.⁊ omne aial non antichristus est animal.ergo ⁊c. secunda pars etiã probat̃. quia si nõ detur oppositũ omne animal preter hominẽ est animal. ⁊ patet. ꝙ prima exponens est falsa.vꝫ homo nõ ẽ animal.⁊ per consequẽs exceptiua cuius est exponẽs est falsa.Ex qua conclusione sequitur:ꝙ nõ omnis exceptiua propria repugnat suę preiacẽti: cuius oppositũ cõmuniter dicitur.⁊ hoc patet.quoniã quelibet istarũ est vera. omne animal est animal.⁊ omne animal preter antichristũ est animal. ¶ Tertia ꝯclusio.Tu non differs nisi ab asino:⁊ tamẽ tu differs a capra.secũda ps ẽ manifesta : ⁊ prima ꝓbatur.tu differs ab asino ⁊ nõ differs ab alio ab asino.qḋ sic ꝓbat̃.qm̃ det̃ oppositũ.tu dr̃s ab alio ab asino.[illegible] aliud ab asino.patet ꝯña.ab exposita ad vnam suarum exponẽtiũ. ¶ Quarta ꝯclusio.Tu vides omnes

homines qui sunt i ista domo preter sor. et tñ non vides aliquem nec aliquos homines. pbatur: et pbo secundam partem cõclusionis cum hoc q in domo ista sint decem homines: nouem mulieres. et vn9 masculus. quē non videas: sz bñ oēs mulieres. isto posito: patet secunda pars cõclusionis: et pma similiter. assignãdo hãc regulã exceptiuarũ: q ois ppositio affirmatiua q̃ ē in pte vera et in pte falsa: põt verificari p exceptionē partis false. isto presupposito. hec ē falsa. tu vides oēs hoies q sunt i ista domo pcise. p sorte g̃ potest verificari p exceptionem sor. sic dicendo. tu vides omnes homines qui sunt in ista domo preter sor. quare etc. Cap. 12.

Reduplicatiua exponitur p tres exponentes: i quarũ prima predicatur affirmatiue terminus reduplicatus de subiecto. In secunda predicatur p dicatum de eodē subiecto. In tertia vero predicatur idē predicatũ cõditionalr de termino reduplicato per terminũ trãscēdentē. vt sor. inquãtũ hõ ē aial. sic exponitur. sor. est hõ. et sor. ē aial. et si aliqd ē hõ illud est aial. ergo etc. et ita cũ termino vlr aut indefinite tento. vt omnis homo inquãtũ aial est suba sic exponitur. ois hõ ē aial: et omnis homo est substãtia. et si aliqd est aial illud est substãtia. ergo etc. Reduplicatiua negatiua: cui9 negatio sequitur notam reduplicationis est similiter expõibilis. vt sor. inquãtũ hõ nõ est asin9. exponitur sic. sor. ē homo: et sor. non est asinus: et si aliqd est homo: et sor. non est asinus: et si aliqd est hõ. istud nõ est asinus. ergo etc. et ita dicatur de quibuscũq aliis. negatiua vero reduplicatiua: cui9 negatio pcedit notam reduplicationis nõ est exponēda sed pbanda per suũ ɔ̃dictorium: vt sepe dictum est. ¶ Ex pdictis infero aliquas conclusiones: quarũ pma ē ista. Aliqua inquãtũ ɔueniũt differũt. pbatur. aliqua ɔueniũt et aliq differũt et si aliq ɔueniũt illa differũt. g̃ etc. pz ɔña ab exponētib9 ad expositam. et tertia pars antecedētis probatur qm̃ si aliqua cõueniũt illa sunt: et illa sunt: sunt distincta. et si sunt distincta differũt. ergo a

primo ad vltimũ si aliq ɔueniũt illa differũt. ¶ Secunda cõclusio. Quilibet hõ inquantũ homo est risibilis. et tamen non quilibet homo inquantum animal est risibilis. pma ps pz per exponentes. quoniam quilibet homo est hõ. et quilibet homo est risibilis. et si aliquid ē homo illd ē risibile. ergo etc. secunda pars etiã patet. quia si nõ: detur oppositũ. s. q quilibet homo inquãtum animal est risibilis. et certũ est q hec est falsa. qr tertia exponens est falsa. s. si aliquid ē animal illud est risibile. ¶ Tertia conclusio. Sor. inquantum hõ est animal. et tamen sor. nõ inquantum homo est sor. prima pars pz per exponētes. et secũda similiter. quia si nõ: detur oppositum. s. sor. inquantum homo est sor. et pz q ista est falsa. qr eius tertia exponēs est falsa. s. si aliquid est hõ illud est sor. ¶ 4a conclusio. Tu inquantũ homo nõ es asinus. et tñ tu nõ inquantũ aial nõ es asin9. prima pars pz. qr tu es homo: et tu nõ es asinus. et si aliqd est homo illud nõ ē asinus. ergo etc. secũda pars etiam probatur. quia si non. detur oppositũ. tu inquãtum animal non es asin9 et patet q tertia eius exponēs ē falsa. s. si aliqd ē animal illd nõ est asin9. Et ita dicatur si ly. de qnto. et p qnto: faceret ppõnē reduplicatiuã. Ca. 13.

Immediate duas in se ɔtinet exponētes: quarũ pma est preiacēs. et secunda negatiua sibi correspõdens sm exigentiam sui verbi. vt immediate ante. a. tu fuisti. exponitur sic. ante. a. tu fuisti. et nullũ fuit instãs ante. a. quin inter illud et. a. tu fuisti. ergo etc. ¶ Itē immediate post. b. tu eris. sic exponitur. p9. b. tu eris. et nullũ erit instãs p9. b. qn iter illud. et. b. tu eris. g̃ etc. Modo consimili exponitur negatiua: cuius negatio subsequitur ly. imediate: vt immediate ante hoc tu non fuisti albus. sic exponitur ante hoc, tu non fuisti albus. et nullũ fuit instãs. ante hoc: qn inter illud: et hoc tu nõ fuisti alb9. ergo etc. ¶ Itē immediate post instans p̃sens tu nõ curres. sic exponitur. p9 instans presens tu nõ curres: et nullũ erit instãs

post instans presens: quin inter illud ꝛ in
stās presens tu nō curres. ergo ꝛc. ¶ Op
posita harū propōnū dantur p negatio
nem precedētem ly. imediate. ꝛ nō proba
tur talis propō nisi per assignationem cō
tradictoriorū. ¶ Ex predictis infero aliqs
cōclusiōes: quarum prima est ista. Imme
diate ante hoc tu fuisti albus: et immedia
te ante hoc tu fuisti niger. probaṫ. et po
no. ꝙ in qualibet parte pari hore pterite
fueris albus. ꝛ in qualibet pte impari fue
ris niger. isto posito arguitur sic. imedia
te hoc fuit aliqua pars par. ergo imedia
te ante hoc tu fuisti albus. ꝯsequentia te
net. et antecedens ꝓbaṫ. nam ante hoc fu
it aliqua pars par. et nullū fuit instās āte
hoc: quin iter illud et hoc fuerit aliqua ps
par. ergo ꝛc. similiter ꝓbaṫ alia pars con
clusionis. nā imediate ante hoc fuit aliq̄
ps impar. ergo imediate ante hoc tu fui
sti niger. ꝯñā pȝ et aȳs. vt ꝑus ꝓbaṫ. nā
ante hoc fuit aliqua ps ipar: et nullū fuit
instās ante hoc: quin iter illud et hoc fue
rit aliq̄ ps impar. ergo ꝛc. Eadē cōclusio
potest verificari de futuro. ¶ Secūda cō
clusio. Duo ꝯdictoria inter se ꝯdicentia
imediate ante hoc fuerunt vera. et imme
diate ante hoc fuerūt falsa et tamē nō fue
runt simul vera neqȝ simul falsa. ꝓbaṫ.
et pono ꝙ. a. sit illa. tu es albus. et. b. ista
tu nō es albꝰ isto posito pȝ: ꝙ. a. imediate
ante hoc fuit verum. Nam quādocunqȝ
fuit aliq̄ pars. par. a. fuit verū. sed imme
diate añ hoc fuit aliqua pars par. ergo im
mediate ante hoc. a. fuit verū: et imedia
te ante. a. fuit falsuȝ. quia quandocunque
fuit aliqua pars impar. a. fuit falsuȝ: ſȝ im
mediate ante hoc fuit aliqua pars impar
ergo imediate ante hoc. a. fuit falsū. Eodē
mō pōt ꝓbari ꝙ. b. immediate ante hoc
fuit verū et falsuȝ. Quod autē. a. et. b. nō
fuerint simul vera nec simul falsa. hoc pa
tet. quia in quocunqȝ instanti. a. fuit verū
b. fuit falsuȝ: ꝛ ecōuerso. Ex quibus seqṫ:
ꝙ immediate ante hoc fuisti albus. ꝛ ime
diate ante hoc tu nō fuisti albus. ꝑma ps
patet: ꝛ secunda probaṫ. nam quandocū
qȝ tu fuisti niger: tu nō fuisti albus. sed im
mediate añ h tu fuisti niger. ergo imedia
te ante hoc tu nō fuisti albus. ꝛ ita ꝯcediṫ
ꝙ. a. propositio imediate ante hoc fuit ve
ra. ꝛ imediate añ hoc nō fuit vera. ꝓbatū
est ꝑma ps: ꝛ secūda ꝓbaṫ. nā qñcūqȝ. a.
ꝓpō fuit falsa ipsa nō fuit vera. sed ime
diate ante hoc. a. ꝓpō fuit falsa. ergo ime
diate ante hoc. a. ꝓpō nō fuit vera. ¶ Ter
tia ꝯclusio. Immediate post h erit istās:
qđ ñ imediate pꝰ hoc erit. ꝓbaṫ. nā post h
erit istās: qđ ñ imediate pꝰ hoc erit. ꝛ nul
lū erit istās pꝰ hoc qn iter illđ ꝛ hoc erit
instās: qđ nō imediate post h erit. qꝛ quo
cūqȝ instāti dato: qđ erit post h: iter illud
ꝛ hoc erūt ifinita instātia: quorū nullū im
mediate post hoc erit. Ex qua ꝯclusiōe se
quitur ꝙ imediate post hoc erit aliqđ: qđ
Regulas alias opposite spēi: q̄ depositio nūcupat̃ sequit̃ assignare. Quarū prima est ista. Oē depositū ⁊ admissum infra tp̄s obligatiōis ꝓpositū semper ē negādū. vt si deponat̃ ista. aliquis homo est rome. qua admissa: ⁊ ꝓposita semp̄ est negāda. ¶ Ex ista regula sequit̃: ꝙ nūq̃ est admittēdū necessariū per se in depōne. Sz bñ quodlibet impossibile. vel ꝯtingens. vnde negare impossibile: vel ꝯtingēs nō est incōueniens: sz incōueniens foret negare necessariū per se. ¶ Secūda regula est ista. Omne p̄ se añs ad depositū: aut cū ꝯcesso vel cū ꝯcessis: opposito bñ negati: vel oppositis bene negatoꝝ: semp̄ est negādū. ver. g. deposita ⁊ admissa ista. hō currit. si ꝓponeret̃. ille hō currit. negāda foret. q2 añcedit ad depositū. Nā bñ sequit̃. iste hō currit. g̊ hō currit. ¶ Itē si deponat̃ ⁊ admittat̃ ista. aliq̄s hō nō currit. ⁊ ꝓponitur. tu non curris. ꝯcedat̃: q2 vera ⁊ impertinēs. sz ꝓposita in secūdo loco. tu es hō: negāda est. q2 cū vno ꝯcesso antecedit ad depositū. Nā sequit̃. tu nō curris. ⁊ tu es aliquis hō. ergo aliq̄s hō nō currit. ¶ Tertia regula est ista. Omne repugnās deposito: ⁊ omne sequēs ex illo repugnāte: per se: aut cū concesso: vel cū ꝯcessis: opposito bene negati vel oppositis bene negatorū: est cōcedendū: ver. g. depono tibi istā. aliq̄d aial non currit. qua deposita ⁊ admissa: ꝓpono eius ꝯdictoriū. s. omne aial currit. hoc ē ꝯcedēdū. ⁊ hoc similiter oē aial mouet̃. q2 seq̄t̃ ex ꝯdictorio depositi. Deinde si ꝓponit̃. tu es aial. cōcedat̃. q2 verū ⁊ ipertinēs. ⁊ vlterius illa. tu curris. q2 seq̄tur ex contradictorio depositi cū ꝯcesso. seq̄tur. n. omne aial currit. tu es animal. ergo tu curr̄s. ¶ Quarta regula est ista. Oē repugnans ꝯdictorio depositi: p̄ se aut cū cōcesso: vel cū cōcessis: cū opposito bñ negati: vel cū oppositis bene negatoꝝ. est negādū: vt in casu priori. Si ꝓponeret̃ ista. aliquod aial nō mouet̃. aut ista. tu nō curris: negatur p̄ma. q2 repugnat ꝯdictorio depositi p̄ se. secūda vero repugnat eidē cū vno cōcesso. ¶ Vltia regula ē ista. Ad oē sequēs ad depositū ⁊ ad oē impertinēs respondēdū est sz sui qualitatē. ver. g. depono tibi istā. tu es albus. qua admissa: ꝓpono: tu es coloratus: cōcedat̃. q2 vera ⁊ sequēs ad depositū. vnde nō est incōueniens negare antecedēs: ⁊ ꝯcedere ꝯñs. ¶ Item si proponitur ista. tu es calidus: cōcedenda est. q2 vera ⁊ ipertinēs: tam deposito: q̄z ꝯtradictorio depositi. vnde proprie ipertinens in hac spē obligatōis dicitur illud quod nō sequit̃ nec antecedit ad depositū. nec idem repugnat. nec est sequens ad oppositū depositi. nec idem repugnat p̄ se: vel cū alio vel cum aliquibus: vt dictū est. Ideo si deponit̃: ⁊ admittitur illa sor. currit. ⁊ proponat̃ pla. currit. respondeat̃ intus sicut extra. q2 est propositio impertinens cum non se habeat aliquo dictorum modorum.

Cap. 7.

Sophismata aliqua sunt ponēda: vt depōnis regule magis pateant veritati. Depono ergo tibi primo istam. tu es hō. vel tu es rome: qua d̄posita ⁊ admissa: ꝓpono. tu es hō: si negas. tu negas verū ⁊ imptinens. ergo male si cōcedis ⁊ illud ē añs ad depositū. ergo añs ad depositū ē ꝯcedēdū. ¶ Respōdet̃ ad

mittẽdo depositũ. ⁊ cũ ꝓponit͛. tu es hõ. nego. q₂ añcedit ad depositũ tanq̃ a pte disiunctiue ad totã disiunctiuã. ¶ Secundo depono tibi istã. alique ꝓpõnes non sunt vere: qua admissa ꝓpono. iste sunt ꝓpõnes: tu curris. tu nõ curris. ꝯcedendu₃ est. q₂ verũ ⁊ impertinẽs. Deinde propono duo ꝯtradictoria sunt vera: si negatur ꝯtra. oẽs ꝓpões sunt vere. s₃ iste sunt ꝓpositiones. ergo iste sunt vere. ⁊ iste mutuo ꝯtradicunt. ergo duo contradictoria sunt vera. ¶ Respõdet͛ negãdo ꝙ ista sint ꝯtradictoria. q₂ antecedit ad depositum. Nã sequitur illa sunt contradictoria. ergo alique propositiones nõ sunt vere. ¶ Tertio depono tibi istã. antixp̃s nõ est albus vel antixp̃s est coloratus. Si non admitti₃ ꝯ. illa est vna disiunctiua cõtingens. q₂ q̃libet pars est contingẽs: ⁊ nulla alteri repugnat. ergo est admittẽda patet cõsequẽtia per ꝑmã regulã. qua admissa: ꝓpono tibi antixp̃s est coloratus. si ꝯcedis: tu cõcedis añs ad depositum. ergo male respondes. Nã sequit͛. antixp̃s est colorat⁹: ergo antichristus nõ est alb⁹. vel antixp̃s est coloratus. p₃ ꝯsequẽtia a parte disiunctiue ad totam disiunctiuam. Si vero negas. tu negas sequẽs ex cõtradictorio depositi. ergo male respõdes. añs ꝓbat͛. Nã sequitur antixp̃s est albus: ⁊ antixp̃s non est coloratus. ergo antichristus est albus. patet cõsequentia a tota copulatiua ad alterã eius partẽ: ⁊ vltra antichristus est albus. ergo antichristus ẽ colorat⁹. p₃ ꝯña ab inferiori ad suũ superius sine ipedimẽto. g͛ a ꝑmo ad vltimũ antixp̃s est albus: ⁊ antixp̃s nõ est coloratus. ergo antichristus ẽ coloratus. ¶ Respondet͛ nõ admittẽdo positũ. q₂ est vna disiunctiua necessaria: eo ꝙ suũ contradictorium est impossibile. v₃ ãtichristus ẽ albus: ⁊ ãtichristus nõ ẽ colorat⁹. ¶ Et tunc ad argumẽtum. quelibet eius pars est ꝯtingẽs. ⁊ nulla alteri repugnat: ergo illa disiunctiua ẽ ꝯtingẽs. nego ꝯñam: s₃ o₃ addere in antecedẽte: ꝙ nec cõtradictoria illarũ partiu₃ inuicẽ repugnãt. ⁊ hoc ẽ falsu₃. q₂ iste repugnãt inuicẽ. antixp̃s ẽ albus. ⁊ antixp̃s nõ ẽ coloratus: que sunt ꝯtradictoria ptiũ disiunctiue. ¶ Quarto depono tibi istã. tu es. ⁊ oẽ tibi depositũ est a te negãdum. q̃ admisso ⁊ negato: ꝓpono omne tibi d͛positũ est a te negãdũ. Si ꝯcedit͛ ꝓpono tibi illã. tu es ⁊ p₃ ꝙ est negãda: exq̃ copulatiua ẽ negãda ⁊ altera pars est cõcedenda. Deide ꝓpono. nullũ tibi depo[si]tũ est a te negãdũ: si ꝯcedis tu ꝯcedis oppositũ regule ⁊ vni⁹ ꝯcessi. ergo male. añs ꝓbat͛. nã sequitur. tu nõ es. ergo nullũ tibi depositũ ẽ a te negãdũ. p₃ ꝯña. q₂ cõtradictoriũ ꝯñs repugnat añti: exquo asserit te esse. ¶ Respõdet͛ negando: ꝙ oẽ tibi depositũ. sit a te negandũ. q₂ añcedit ad depositũ. sequit͛. n. omne tibi depositũ ẽ a te negãdũ. ergo tu es. ⁊ omne tibi depositũ est a te negãdũ. p₃ ꝯña a pte copulatiue ad totam copulatiuã: cui⁹ añs añcedit ad alterã partem. Et si dicitur tu negas regula₃. dicat͛ ꝙ illa nõ ẽ regula: sed ista. Oẽ depositũ admissum est negandũ. Vel aliter d͛r. ꝙ quelibet regula est contingens. q₂ ad placitũ facte sunt ille regule. ergo q̃libet talis est deponẽda ⁊ admittẽda in depositione. vel neganda. qua negata. d͛r ꝙ illa nõ ẽ regula. nõ tanq̃ verũ. sed tanq̃ repugnãs. sequit͛. n. nõ omne tibi depositũ ẽ a te negãdũ. g͛ illa nõ ẽ regula. Oẽ tibi depositũ est a te negandum. quare ⁊c.

¶ Explicit tractat⁹ q̇ntus obligatorie artis. Et incipit sextus qui insolubiliu₃ nuncupatur. Cap. i.

Insolubile ẽ ꝓpõ se esse falsam assertiue significãs. vt h̃ ẽ falsũ seipsa demõstrata. Insolubilibus tñ est d͛ria quo ad significare seipsu₃ esse falsũ. qm̃ aliqđ isolubile significat imediate se ipm eẽ falsũ. vt h̃ ẽ falsũ. seipa demõstrata. Aliqđ ãt mediate. q₂ exigit͛ mediũ ad inferẽdũ se eẽ falsũ. vt ois ꝓpõ ẽ falsa. q₂ nõ seq͛t͛ imediate. g͛ ista ꝓpõ ẽ falsa demõstrando illã vniuersalẽ. sed bñ sequitur cũ tali medio. ⁊ illa est ꝓpositio. Similiter dicẽdo, hoc nõ est verũ. ista nõ asserit immediate

se esse falsum. quia non sequitur. hoc non est verũ. ergo hoc est falsuȝ. demõstrando añs: q2 ex negatiua nõ seqtur affirmatiua. tñ bñ sequit̃ cũ tali medio ⁊ hec est ꝓpõ.
¶ Pro declaratione p̃dicte diffinitionis pono duas diuisiones. quarũ p̃ma ē ista. Insolubiliũ aliqđ orit̃ ex actu nr̃o. Aliqđ vero ex ꝓprietate vocis. Insolubilia ortũ habẽtia ex actu nr̃o sunt ista. sor. dicit falsum. ego nõ dico verũ. Iste hõ intelligit falsuȝ: Tu nõ intelligis verũ. Insolubilia vero ortũ habẽtia ex ꝓprietate vocis sunt ista. Ois ꝓpõ ē falsa. Nulla ꝓpõ ē vera. h̃ ē falsũ. Hoc ñ ē verꝫ. ¶ 2ª. diuisio ē illa. Insolubiliũ aliqđ ē īsolubile simpl'r. aliqđ vo s̃ȝ qd. Insolubile simpl'r ē illđ cui ãnectit̃ casus: q̃ admisso seqt̃ ꝯdictio. ver. g. pono ꝙ ista ꝓpõ. nulla ꝓpõ ē v̄a: q̃ sit. a. significet p̃cise sic̃ termini p̃tẽdũt. videlicet ꝙ nulla propositio sit vera. ⁊ sit ois ꝓpõ. Isto posito quero vtrũ. a. sit verũ vel falsuȝ. Si verũ. ergo significat p̃cise sicut ē. sed. a. significat p̃cise: ꝙ nulla ꝓpõ ē vera. ergo nulla propõ est vera. ergo. a. nõ ē verũ. ⁊ prius dixisti ꝙ erat verũ. ergo ꝯdictio. Si dicit̃ ꝙ. a. est falsũ. ergo. a. significat al'r q̃ ē. sȝ. a. significat p̃cise ꝙ nulla ꝓpõ ē v̄a. g̊ ñ ē ita ꝙ nulla ꝓpõ ē v̄a. g̊ aliq̃ ꝓpõ ē v̄a. ⁊. a. ē ois ꝓpõ. g̊. a. ē verꝫ. Et p̃us dixisti ꝙ erat falsũ. g̊ ꝯdictio. Insolubile scđȝ qd ē illđ cui ãnectit̃ casus: q̃ admisso nõ seqt̃ ꝯdictio: vt ponẽdo ꝙ ista ꝓpõ. nulla ꝓpõ ē v̄a: sit. a. ⁊ sit ois ꝓpõ. ⁊ significet sicut termini p̃tẽdũt: nõ ponẽdo ly. p̃cise isto posito dr̃ ꝙ. a. ē falsũ. q2 significat se eē falsuȝ. Et si arguat̃ sic. a. ē falsuȝ. g̊. a. significat aliter q̃ ē. sed. a. significat ꝙ nulla ꝓpõ est vera. ergo nõ ē ita ꝙ nulla propõ ē vera. Nego ꝯñaȝ. q2 debuit addi in añte dictio. exclusiua vl'exceptiua. vȝ. a. significat p̃cise ꝙ nulla ꝓpõ ē vera: vel. a. nõ significat nisi ꝙ nulla ꝓpõ est vera. ⁊ hõc negatur tanq̃ repugnãs. q2 si poneret̃ cũ casu. nõ admitterẽ illũ casũ. ¶ His p̃missis diuisionib⁹ pono aliquas regulas: q̃rum p̃ma est ista. Omne insolubile singulare. sine pronomine demõstratiuo oriẽs ex actu nostro ad hoc ꝙ sit insolubile simpliciter exigit tres ꝯditiões. ¶ Pria: ꝙ vna talis sit ois talis. ¶ Secunda: ꝙ dicat vel intelligat talẽ ꝓpositionẽ: ⁊ nullaȝ aliã. ¶ Tertia: ꝙ illa significet p̃cise sicut termini p̃tendũt. ver. g. sor. dic̃ falsum sit insolubile simpl'r isto mõ: ponẽdo ꝙ vn⁹ sor. sit ois sor. q dicat istã propositionẽ ⁊ nullam aliã. Sor. dicit falsuȝ: q̃ significet sic precise ꝙ sor. dicit falsum. probat̃ hoc. nam admisso casu. Sit insolubile. a. Et q̃ro vtrũ. a. sit vtrũ vel falsum. si dicit̃ ꝙ verũ. g̊ significat p̃cise sic̃ ē. sȝ. a. significat p̃cise ꝙ sor. dic̃ falsũ. g̊ ita ē ꝙ sor. dic̃ falsũ. sȝ sor. ñ dic̃ nisi. a. g̊. a. ē falsũ: qđ ē oppositũ cõcessi. Si dr̃ ꝙ. a. sit falsũ. g̊ significat al'r q̃ ē. sȝ. a. significat p̃cise ꝙ sor. dic̃ falsũ. g̊ nõ ē ita ꝙ sor. dr̃ falsũ. ⁊ sor. dic̃ solũ. a. ergo. a. nõ ē falsuȝ. ergo ꝯdictio. ¶ Prima particula ponit̃. quia si non poneret̃: staret ꝙ essent duo sor. quorũ vnus diceret. a. ⁊ alter ꝙ hõ ē asinus. ⁊ tunc. a. esset verum. ¶ Secunda p̃ticula ponit̃. q2 al'r staret ꝙ idẽ sor. diceret. a. ⁊ istã. hõ est asinus. ⁊ tũc. a. esset verũ. ¶ Sed. 3ª. ponit̃. q2 si nõ poneret̃: staret ꝙ. a. significaret solummodo ꝙ homo est asinus. ⁊ sic. a. eēt falsum. aut ꝙ significaret solũmodo ꝙ hõ est aial. ⁊ sic. a. esset. verꝫ. ⁊ nullo istoꝝ modorum esset insolubile. ¶ Secũda regula est ista. Oẽ insolubile singulare: sine ꝓnomine demõstratiuo: oriens ex actu nostro ad hoc ꝙ fiat insolubile s̃m qd exigit easdẽ conditiones: preter dictionẽ exclusiuã. vt posito ꝙ vnus sor. sit omnis sor. ⁊ dicã istam propositionem. que sit. a. sor. dicit falsum ⁊ nullam aliaȝ. ⁊ significet sicut termini pretẽdunt: non ponẽdo precise. isto posito conceditur. a. ⁊ dicit̃ ꝙ est falsum. quia significat copulatiue sicut ⁊ quodlibet īsolubile. videlicet ꝙ sortes dic̃ falsũ. ⁊ ꝙ. a. ē verꝫ: nõ ergo dicit̃. a. falsum. ratione primi significati: sed ratione secundi. Et si arguitur sic. a. est falsuȝ. ergo significat aliter q̃ ē. cõcedo ꝯñam: ⁊ nego istaȝ a. significat aliter q̃ est. sȝ. a. significat ꝙ sor. dicit falsum. ergo non est ita ꝙ sor. di

cit falsum.q: debuit addi in antecedente
dictio exclusiua:vel exceptiua. ¶Tertia
regula ē ista.Omne insolubile nō singula
re .seu singulare cum pronomine demon
stratiuo:oriens ex actu nostro : ad hoc ꝙ
sit insolubile simpliciter:requiruntur due
conditiones solū modo. verbi gratia. ad
hoc ꝙ ista propositio ego dico falsum : fi
at insolubile simpliciter:non oportet po
nere primam particulā: videlicet ꝙ vnus
ego sit omnis ego . sed quod ego dicam
illam ⁊ nullam aliam:sic significando pre
cise.Et si debet fieri insolubile secundum
quid:requiruntur ⁊ sufficiunt eodem con
ditiones dempta dictione exclusiua. Exē
plum de insolubili non singulari. vt fal-
sum dicitur.Hic non oportet ponere se-
cundam particulam.videlicet. ꝙ aliquis
dicat illam ⁊ nullam aliam.sed sufficit po
nere ꝙ ista sit omnis propositio que signi
ficet precise sicut termini pretendunt.⁊ tē
est insolubile simpliciter.fiet autem inso-
lubile secundum quid:remouendo dictio
nem exclusiuaz.¶Quarta regula est ista.
Omne insolubile oriens ex proprietate
vocis exigit duas conditiones solummo
do:vel tantum vnam:volo dicere ꝙ inso-
lubile oriens ex proprietate vocis exigit
duas cōditiones solummodo: ⁊ aliquod
tantum vnam . Exemplum primi.aliqua
propositio est falsa. ad hec ꝙ fiat insolu-
bile simpliciter:oportet ponere ꝙ illa sit
omnis propositio: ⁊ ꝙ sic significet preci
se:⁊ remota dictione exclusiua fiet insolu
bile secundū quid.Exemplu3 secundi.hoc
est falsu3:seipso demostrato: ponendo so
lummodo ꝙ sic significet precise: sit inso
lubile simpliciter.⁊ fm quid remouendo
dictionem exclusiuam.Eodem modo dici
tur de ista hoc nō est verū seipso demon-
strato.¶5ª.regula ē ista.Oē isolubile ꝙ ñ
ē insolubile sine casu: dimissa aliq̄ condi-
tione requisita:ē penitus dubitabile.ver.
g.positis omnibus particulis preter pri-
mā huic.sor.dicit falsu3.q̄ sit.a.dubitatur
a.⁊ etiam an sit verū.vel.a.sit falsu3.Nā
stat cū casu ꝙ sit verū : dato ꝙ vnus sor.

diceret illā sc3.a. ⁊ alius: ꝙ deus ē. Sta
ēt ꝙ si sit falsu3:dato ꝙ vnᵘ sor.dicat.a. ⁊
quilibet alius sor.ꝙ deus ē. Eodē modo
si dimitteretur scđa vel tertia particula.
q: staret.a.eē verū.⁊.a.eē falsu3.vt exēplifi
catū ē supra.Et notāter dixi oē insolubile
quod nō ē insolubile sine casu.quia aliqđ
est insolubile cū cāu:⁊ aliquod sine casu.
Exēplum primi.omnis propō ē falsa.nul
la ꝓpō ē vera:quarū quālib3 dico eē fal-
sam:⁊ insolubile nullo casu posito.Exem-
plu3 secundi.sor.dicit falsu3.tu intelligis
falsum.nulla istarū nuncupāda ē insolubi
lis sine casu.Jō in casu insolubiliū defici
ente aliqua particula nccīa:dubitat᷑ vtru3
esset vera vel vtrum sit falsa.q: cum casu
staret ꝙ eēt vera. ⁊ cū eodē casu staret ꝙ
eēt falsa.vt p3 intuenti.¶Ex predictis re
gulis sequuntur due cōclusiones.quaru3
prima ē ista.Nunquam admittendus est
casus a quo trahit originē insolubile sim
pliciter.vt si poneretur ꝙ illa ois ꝓpō est
falsa.esset omnis propositio sic precise si
gnificās.ñ ē admittēduscasus.q: seq᷑ cō
tradictio.ꝓbatur.nam sit insolubile.a.⁊ q̄
ro si.a.sit verum:si dr̄ ꝙ sic.ergo signifi
cat precise sicut est.sed.a.significat precise
ꝙ ois propō est falsa.ergo ita ē ꝙ ois ꝓ-
pō ē falsa.Sed.a.ē ꝓpō.ergo.a.est falsū.
Si autē conceditur ꝙ.a.est falsu3.ergo.a.
significat aliter ꝗ̄ ē. Sed a significat p̄ci
se ꝙ ois ꝓpō ē falsa.ergo nō ē ita ꝙ ois ꝓ
pō ē falsa.⁊ aliqua ꝓpō est.ergo aliqua ꝓ
positio ē vera.sed.a.est ois ꝓpō.ergo.a.ē
verū.qđ est ꝯdictio.¶2ª conclusio.Ois
casus exquo originat᷑ isolubile fm qd.est
admittēdus ⁊ cōcedit᷑ insolubile proposi
tū.dn̄do ipm eē falsū.vt ponēdo ꝙ illa ꝓ
positio.hoc ē falsum. seipso demōstrato.
significet sicut termini p̄tendunt. que sit.
a.tūc admittat᷑ casus.⁊ ꝯcedat᷑.a. ⁊ dr̄ ꝙ
a.ē falsū.Et si arguit᷑.a.ē falsū.ergo signi
ficat aliter ꝗ̄ est.sed.a.non significat nisi
ꝙ hoc est falsu3.gº non est ita ꝙ hoc ē fal-
sum.nego minorem.⁊ si dicitur.Quid er
go aliud significat?Dicit᷑ ꝙ significat.a.es
se verū.rōne cuiᵘ.a.est falsu3.vnde dictum

est q quodlibet insolubile fm quid signi-
ficat copulatiue.s.sicut termini ptēdūt:et
q ipm est verū.q̄re ⁊c. Cap. 2.

c Ontra pdicta obijciā ⁊ soluā: vt i
solubilium difficultates meli⁹ mē
ti inotescāt. ¶Pono ergo primo q
vnus sor.sit oīs sor.⁊ dicat istā ⁊ nullam
aliā:q̄ sit.a.sor.dicit falsū. que significet
sicut termini pretēdūt:nō ponēdo pcise:
casus nō admitteretur.isto posito: quero
de.a.vtrum sit verū vel falsum:⁊ rñsuz est
q est falsū.q2 significat significatū falsuz.
vz q sor.dicit falsū.⁊ q.a.est verū. cui⁹ si-
gnificatiōis secūda ps est falsa. sed pbat
q ipsum.a.sit verū.⁊ probo sic. omne di
cens.a.dicit falsum.sor.dicit.a. ergo sor.
dicit falsum.ista ɔña est bona.q2 est syllo
gismus i tertio prime figure. ⁊ antecedēs
verum:ergo ⁊ cōsequens est verum: ⁊ cō
sequens est.a.ergo.a.est verum. ¶Secū
do arguitur sic.falsum dicitur a sor.g̃ sor.
dicit falsuz.tenet cōsequētia a passiua ad
suam actiuā.⁊ añs est verum. ergo ⁊ ɔñs
est verū:⁊ ɔñs est.a.g̃.a.est verum. q an-
tecedens sit verum. pbatur.nā hoc dicit
a sorte demōstrādo.a.⁊ hoc est falsum.er
go falsum dicitur a sor.pz ɔña a resoluēti
bus ad resolutū. ¶Tertio arguit sic. Cō
tradictoriū.a.est falsū.ergo.a.est verū.te-
net ɔña.⁊ añs pbatur. Nā h est falsū.sor.
nō dicit falsum. ⁊ hoc est cōtradictorium
a.g̃ cōtradictoriū.a.ē falsum. tz ɔña cū
minori.⁊ maiorē pbo.nā sor.dicit falsū.⁊
hec sor.nō dicit falsum significat pcise q
sor.nō dicit falsum.g̃ ipsa est falsa.pz ɔña
a simili. Naz sequitur.tu curris: ⁊ hec tu
nō curris:significat precise q tu nō curris
ergo ipsa est falsa. ¶Ad primum respon
detur cū pponitur.a.cōcedo.⁊ dī q ē fal
sum.⁊ tūc ad ratiōem.cōcedo ɔñaz ⁊ ɔñs
⁊ nego q ɔñs sit.a.sed est vnum sile.a. et
si ponitur q ɔñs sit.a.vel cōuertibile cuz
a.dico tūc q ɔña nō valet:nec est syll's in
tertio prime figure.q2 sylli i tertio pme fi
gure ɔclusio dz solūmō cathegorice signi
ficare.sed ista cōclusio significat hypothe
tice.q2 est ppō isolubil. ¶Ad scōm cū dī.
falsum dī a sor.ergo sor.dicit falsū.cōce-
do ɔñam ⁊ ɔñs:dicēdo q est verū.sz nō ē
a.nec secū ɔuertibile.si tñ hoc ponatur in
casu:cōcedo iterū ɔñam:⁊ dico q nō valz.
⁊ tunc ad rōnem.a passiua ad suā actiuaz
valet argumētum:dī q verum est. sz ista
nō est sua actiua.q2 passiua significat solū
mō cathegorice:⁊ actiua hypothetice. Et
si queritur.q̄ ē sua actiua: dico q ista sor.
dicit falsum. plata a te vel a me: q̄ nō est
ɔuertibilis cū.a.sed solū silis.a. ¶Ad ter
tium.dī q ɔdictorium.a.est verū. sed nō ē
istud sor.nō dicit falsum.sed illud. ñ sor.
dicit falsum.qd est veruz.q2 significat dis
iunctiue q sor.nō dicit falsum.vel q.a. ñ
est verū:cuius significati scōa ps est vera
⁊ pñr totū significatū disiunctū.qr ⁊ ppō
dicta est vera.cuius illud est significatuz.
Et si dī:q in singularibus nō refert ppo
nere negationē vl' postponere dī:q i mā
insolubilium multum refert.⁊ in mā qua
rūcūqz hypothetice significantiuz. Eadē
est retinenda sententia in insolubilib⁹ sin
gularibus hñtibus originem ex proprie-
tate vocis.vt hoc est falsum.hoc nō ē ve-
rum:dicēdo pmi⁹ ɔdictorium nō est illud
hoc non est falsum.sed illud nō hoc ē fal-
sum. Nā primū isolubile significat:q h ē
falsum:⁊ hoc est verū.demōstrādo idem i
solubile.ideo ɔdictorium significat disiū
ctiue.q hoc nō est falsum:vel hoc nō ē ve
rum. Similiter cōtradictorium secundi i
solubilis nō est illud.hoc est verū. sed illō
nō hoc:nō est verū.ita q semper prepona
tur negatio. sicut contradictorium istius
tm̄ tu nō es hō.non est illud tantuz tu es
homo.sed illud:nō tātuz tu nō es homo.
quare ⁊c. Cap. 3.

d Jcto de isolubili singulari: nūc dē
particulari vel idefinito dicēdum
restat. ¶Pono g̃ q hec sit oīs pro
pō particularis aliqua. ppō particularis
est falsa.que sit.a.que significet sicut ter-
mini pretendūt:nō ponēdo precise:q2 nō
admitteret casus.isto posito.a.est falsū.
vt pz ex dictis. Sz ɔ hoc arguit sic. Oīs
propositio particularis est falsa.g̃ aliqua

ꝓpõ pticularis est falsa.illá ꝯña est bona ab vniuersali ad suã sbalternã.⁊ añs ẽ verũ.g⁰ ⁊ cõsequẽs.sed ꝯñs est.a.ergo.a.est verũ.ꝙ añs sit veꝝ.ꝓbaṫ.Nã.ꝓpõ particularis est falsa.⁊ nulla ẽ ꝓpõ pticularis: quin illa sit falsa.ergo ois ꝓpõ pticularis est falsa.tenet ꝯña ab exponẽtibus ad expositũ.⁊ añs ẽ verũ.g⁰ ⁊ ꝯñs. ¶Secũdo arguiṫ sic.Propositio pticularis ẽ falsa. ergo aliqua ꝓpõ pticularis ẽ falsa.tz consequentia ab indefinita ad suã pticularẽ: ⁊ añs ẽ verũ.ergo ⁊ ꝯñs.Et ꝯsequẽs ẽ.a. ergo.a.est verũ.ꝙ añs sit verũ pz.qꝛ suũ cõtradictoꝛium est falsum.vz nulla ꝓpõ particularis est falsa.qꝛ iã cõcessuz est ꝙ a.ꝓpõ particularis est falsa.¶Tertio arguiṫ sic.Hoc est falsuz demonstrando.a. ⁊ b est aliqua ꝓpõ pticularis.ergo aliqua ꝓpõ particularis est falsa.ꝯña tz a resoluẽtib⁹ad resolutũ.⁊ añs est verũ.ergo ⁊ ꝯñs qd est.a.¶Ad pmã rñdetur cõcedẽdo istã ꝯsequẽtiã.ois ꝓpõ pticularis ẽ falsa.ergo aliqua ꝓpõ particularis ẽ falsa.qꝛ añ casum ꝯcessissez eã.tñ dico ꝙ nõ valet. nec arguiṫ ab vl'i ad suã subalternaz: vel suaz particularẽ:qꝛ vl'is solũmodo cathegoꝛice significat:⁊ pticularꝫ ista significat hypothetice.vz.ꝙ aliqua ꝓpõ pticularis ẽ falsa:⁊ ꝙ.a.est veꝝ.Et si diceretˀ.q̃ ẽ ei⁹ pticularis:diciṫ ꝙ nõ hz aliquã ex q̃ posiṫũ est ꝙ illa sit ois pticularis: verũtñ ista eadem foꝛet eius particularis:dato ꝙ nõ esset insolubilis.¶Ad secũdã ratiõnẽ rñdeo similiter ꝯcedẽdo ꝯñaz:⁊ negãdo ipsaz eẽ bonã.⁊ tũc ad argumẽtũ dico ꝙ ista nõ ẽ pticularis isti⁹ idefinite.qꝛ pticularis est isolubilis hypothetice significãs.indefinita vero nõ est hmõi eiusdẽ tñ foꝛet pticularis si neutra earuz foꝛet insolubilis. ¶Ad tertiã rõnem cõceditur ꝯña.⁊ negatur ipaz valere:nec arguiṫ a resoluẽtibus ad resolutũ.qꝛ pticularis vl' indefinita insolubilis:nõ est resolubilis.qꝛ significat hypothetice.sz pꝛobanda est isto mõ suũ pꝛincipale significatũ est verũ.ergo ipsa ẽ vera:⁊ pz ꝙ añs est falsũ.Et si arguiṫ sic. Ista ꝓpõ particularis est falsa.ergo aliqua ꝓpõ particularis ẽ falsa.tenet ꝯña ab inferioꝛi ad suũ superi⁹ affirmatiue ⁊ sine aliquo signo ipediẽte.Diciṫ ꝙ ꝯña nõ valet ab inferioꝛi ad suũ supius:nisi ꝓpõ inferioꝛis ⁊ ꝓpõ supioꝛis vnifoꝛmiter significẽt.vz.cathegoꝛice.q̃liter ñ ẽ in ꝓposito. vñ si hec ꝓpõ.hõ est aial.significaret pncipaliter ꝙ hõ ẽ animal ⁊ ꝙ hõ ẽ asin⁹.tñ nõ valeret aliq̃ istaꝝ ꝯñtiarũ.hoc [illegible] aial. ⁊ hoc ẽ hõ.g⁰ hõ ẽ aial. Iste hõ ẽ animal. ergo hõ est animal.⁊ hoc ideo.quia ꝯñs significaret copulatiue.⁊ añtis nulla pars sic significaret.⁊ si allegaretˀ aliqua dictarũ regularũ respondeṫ vt dictũ ẽ.⁊ dr̃ ẽt vt in alio capitulo ꝙ contradictoꝛiũ isti⁹. aliqua ꝓpõ pticularis ẽ falsa.nõ ẽ illud. nulla ꝓpõ particularis ẽ falsa.sz illud.nõ aliqua ꝓpõ particularis ẽ falsa.Et si dicitur ꝙ ille equalẽt pp negationẽ ꝑpositã. Dicitur ꝙ illa regula habet veritatẽ in solis cathegoꝛicis : cathegoꝛice solũmodo significãtib⁹:qualiter nõ ẽ i ꝓposito.Idẽ est iudiciũ de istis aliqua ꝓpõ pticularis nõ ẽ va.Aliq̃ ꝓpõ pticularis significat alr̃ q̃ est:ac ẽt ita de infinitis vt ꝓpsitio indefinita est falsa : pꝛopositio indefinita est non vera.quare ⁊c.

Cap. 4.

Nunc de insolubili vl'i est dõm: ponendo ꝙ hec omnis ꝓpõ vl'is est falsa.sit ois ꝓpõ vl'is: q̃ significet sicut termini pꝛetendũt:q̃ sit.a.nõ ponendo pꝛecise:qꝛ casus nõ admitteretˀ.isto posito diciṫ ꝙ.a.est falsuz:qꝛ falsificat seipz. Cõtra hoc arguiṫ.Aliq̃ ꝓpõ vl'is ẽ falsa.⁊ nulla ẽ ꝓpõ vl'is quin illa sit falsa.g⁰ ois ꝓpõ vl'is est falsa.tz ꝯña ab exponentib⁹ ad expositũ.⁊ añs est veruz.ergo ⁊ ꝯñs. ¶Secũdo arguiṫ tm̃ falsuz est ꝓpõ vl'is. ergo ois ꝓpõ vl'is est falsa.tz ꝯña ab exclusiua ad suã vl'em de terminis trãspositis:⁊ añs est verũ.ergo ⁊ ꝯñs : qd est.a. ꝙ añs sit verũ ꝓbaṫ.Nã falsum est ꝓpõ vl'is:⁊ nullũ nõ falsũ est pꝛopõ vl'is:ergo tm̃ falsum ẽ ꝓpõ vl'is.tz ꝯña ab exponentib⁹ad expositum.⁊ añs est verum.ergo ⁊ ꝯñs.¶Tertio arguiṫ.hoc ẽ falsuz demõstrato.a.⁊ hec est ois ꝓpõ vl'is.g⁰ ois ꝓpõ

vl'is ē falsa. ista ↄña est bona. ⁊ aña est ve
rū. ergo ⁊ ↄñs ꝙ ↄña sit bōa pꝫ a simili. h
currit. ⁊ hec est ois hō. ergo ois hō currit.
Cōfirmat᷑: destruēdo primū casuꝫ ⁊ ponē
do ꝙ ille sint oēs propōnes vl'es. Omnis
ꝓpositio vl'is ē falsa. ⁊ ois hō est asinus:
sic significādo. isto posito arguit᷑ sic. Ista
propō vl'is est falsa: demonstrando pmā:
⁊ ista propō vl'is est falsa. demōstrādo se
cūda. ⁊ iste sunt oēs propōnes vniuersa-
les: ergo ois ꝓpō vniuersalis est falsa. tꝫ
cōsequētia a singularibus sufficiēter enu
meratis ad suā vniuersalē. ⁊ aña est verū.
ergo ⁊ ↄñs. ¶ Ad hec respondet᷑. ⁊ pmo
ad primū: concedo insolubile. ⁊ nego ipꝫ
esse verū. ⁊ tūc ad rōnem: concedo: conse-
quētiā: ⁊ nego ipsaꝫ esse bonā. ⁊ tūc ad ar
gumētū. ibi arguit᷑ ab exponētibus ad ex
positū. nego: quia. a. nō est propositio ex-
ponibilis. nisi significaret cathegorice so
lum. vnde si ista. ois hō est animal signifi
caret pncipaliter ꝙ omnis hō est animal:
⁊ ꝙ tu es asinus. tunc patet ꝙ ista ↄña nō
valeret hō est animal. ⁊ nihil ē hō: qn istđ
sit aial. ergo ois hō est aial. qꝛ aña ē veꝝ.
⁊ cōsequēs falsuꝫ. Et tūc si allegaret᷑ regu
la: oꝫ dicere ꝙ ↄñs nō ē expōibile pp cau
sam dictā. sed ꝓbaretur vel improbaret᷑
p suū significatū copulatū sicut ⁊ ꝓpō in-
solubil' quecūqꝫ. ¶ Ad scđm ↄcedo ↄñaꝫ
⁊ nego ipsam esse bonā. nec arguit᷑ ab ex
clusiua ad suā vniuersalē. ex quo exclusiua
cathegorice significat: ⁊ vniuersalis hy-
pothetice. Et si dicit᷑. que ē exclusiua ei⁹:
dicit᷑ ꝙ nullā hꝫ. vnde si hec omnis hō ē
aial significaret hypothetice verū ⁊ falsuꝫ
⁊ hoc tm̄ animal est hō: mō cōsueto: dice
rē tunc vl'em illā nō esse vl'em istius exclu
siue nec ecōuerso. ita in ꝓposito est dōm.
¶ Ad tertiū argumētū: dico sil'r ꝙ nō va
let ↄña. ⁊ cū dicitur: ꝙ a simili bñ valet: di
co ꝙ nō est similitudo. qꝛ ↄñs vni⁹ ↄñe si-
gnificat cathegorice solū: ⁊ aliđ hypothe
tice. vñ si hec. omnis homo currit: signifi
caret ꝙ omnis homo currit: ⁊ ꝙ deus nō
est. ista ↄña tūc nō valeret. hoc currit. ⁊ h
est ois hō. ergo omnis homo currit pp eā

dictam. qꝛ ↄñs significaret hypothetice.
¶ Ad ↄfirmationē admisso casu vt prius
dico ꝙ ↄña nō valet. ⁊ ad regulā a singu-
larib⁹ sufficiēter enumeratis ad suā vni-
uersalē: dico ꝙ non arguit᷑ cū debito me
dio qđ deberet esse tale. iste sunt oēs pro
positiones vniuersales. ⁊. a. ē verū: quod
certe negatur. vnde nec ista ↄña valeret.
iste homo currit: ⁊ ille homo currit. ⁊ isti
sunt omnes homines. ergo omnis homo
currit: dato ꝙ ↄñs significaret hypotheti
ce vt pus. sꝫ oꝫ addere alterā pté signifi-
cati. vꝫ ⁊ nullus deus est quo adito ↄña ē
bona sꝫ aña est falsuꝫ. ⁊ si queratur de ↄ-
dictoria: dr̄ ꝙ est hec non ois propositio
vniuersalis est falsa significans disiuncti-
ue mō opposito de. a. Eodē mō est dōm
de istis vniuersalib⁹. Ois propō vl'is signi
ficat aliter ꝙ̄ ē. Nulla propositio vniuer
salis est vera. ⁊ nulla ꝓpositio vniuersa-
lis est concedenda. Cap. 5.

E Xclusiua insolubilis ↄsimiles cō
tinet difficultates. vt pono ꝙ sor.
⁊ tu sitis omnes loquētes. ⁊ dicat
sor. deus est. ⁊ tu dicas. tm̄ sor. dicit veꝝ.
⁊ sit. a. ⁊ nullā aliā. ⁊ significet sicut termi
ni ptendūt. precise. Isto posito quero. vtꝝ
a. sit verū vel falsum: si verū. ergo signifi
cat precise sicut est. sed. a. significat pcise
ꝙ tantū sor. dicit verū. ergo tu non dicis
verū. ⁊ tu dicis. a. ergo. a. non est verū. Si
dicitur ꝙ. a. est falsuꝫ. ergo significat alit᷑
ꝙ̄ est. sed. a. significat pcise ꝙ tantuꝫ sor.
dicit verū. ergo non ista ꝙ tantum sor. di
cit veruꝫ. sed tu ⁊ sor: estis oēs loquētes.
ergo tu dicis verū: ⁊ nō dicis nisi. a. ergo
a. est verū: ⁊ ita habetur ↄdictio. ¶ Res-
pōdetur non admitēdo casuꝫ. qꝛ ex eo ori
ginat᷑ insolubile simpliciter. si tamen nō
ponitur precise: admitto casum ⁊ dico. a.
esse falsuꝫ. ⁊ tunc ad argumētum. a. signifi
cat aliter: quā est cōcedēdo. sed. a. signifi-
cat precise ꝙ tātuꝫ sor. dicit verū. ergo ⁊c.
nego minorē. qꝛ repugnat casui. Et si dici
tur. qđ ḡ ꝙ aliđ significat: Dico ꝙ. a. signi
ficat ꝙ tm̄ sor. dic̄ veꝝ. ⁊ ꝙ. a. ē veꝝ. nec rō
ne pmi significati ē. a. falsū. qꝛ veꝝ est tm̄

for. dicere falsum. sed rōe secundi significa ti: quia cōceditur. a. esse falsum. ¶ Contra responsionem arguitur. Omne dicens ve rum est sortes. ergo tm̄ sor. dicit verum: ista cōsequentia est bona ab vniuersali ad suā exclusiuam de terminis trāspositis. et aūs est verū. ergo et consequens. et ōñs ē. a. ergo. a. est verū: qꝫ aūs sit verum. proba tur. nam dicēs verū est sor. et nihil est di- cens verū quin illud sit sor. ergo omne di cens verū est sor. pꝫ consequentia ab ex- ponētibus ad expositum. ¶ Secundo ar- guit. nihil preter sor. dicit verū ergo tm̄ sor. dicit verum: ista ōñā ē bona: et aūs est verū. ergo et cōsequens. qꝫ antecedens sit vex pꝫ p exponētes. ¶ Tertio arguit. sor. dicit verū. et nihil nō sor. dicit verū. ergo tm̄ sor. dicit verū. ista ōñā est bona. ab ex- ponētibus ad expositū. et aūs est verū. er go et ōñs. sꝫ ōsequēs. est. a. ergo. a. est ve- rū. ¶ Ad hec omnia potest simul respon- deri qꝫ nūq̄ cōsequens illatū est. a. nec cō uertibile cū. a. sed solū simile. a. sed si po- natur cū toto casu qꝫ sit. a. vel cōuertibile cū. a. tunc respondet ōcedēdo oēs ōñas factas. negando tamē illas. esse bonas. ¶ Ad pmā ergo cū dicit qꝫ ibi arguit ab vniuersali ad suā exclusiuā. nego. quia vni uersalis significat cathegorice: et exclusi- ua hypothetice. quia ē insolubilis. Et si q̄ ritur de sua exclusiua dicat qꝫ est vna simi lis illi, plata a sor. que non ē insolubilis. vi delicet. tantū sortes dicit veruꝫ. ¶ Et ad aliā dicit qꝫ ēt nō valet: nec illa ē exclusi- ua dicte exceptiue. sꝫ illa quam nominaui mō. ¶ Et ad tertiā dr: qꝫ si arguit ab expo nētibus ad expositū. qꝛ ista exclusiua nō ē expōibil erḡ hypothetice significat. vñ si ista. tm̄ homo ē risibilis significaret pnci palr qꝫ tm̄ hō ē risibilis: et qꝫ nullus de⁹ ē tunc nō valeret aliq̄ istax ōñarum. Oē ri sibile ē hō. ergo tātum hō ē risibilis. Ni- hil preter hoiem ē risibile. ergo tm̄ hō est risibilis. Itē: hō est risibilis: et nihil nō hō est risibile. ḡ tm̄ hō ē risibilis. Eodeꝫ mō est dō. ad istas exclusiuas: tm̄ exclusiua ē falsa. tm̄ exclusiua n̄ est vera. dato qꝫ vna

istarū sit oīs exclusiua. qꝺ bn̄ admittitur. qꝛ nō ponit precise. et ita respondet vt pri us ad argumēta pbātia aliq̄ istarū esse verā. De exceptiuis vero idē est indiciuꝫ vt in casu priori. Nihil preter sor. dicit ve rū. Nulla ppō pter exceptiuam est falsa. Omnis exceptiua preter istā ē vera: demō strata seipsa. quare ꝛc. Cap. 6.

Sequitur dicere de isolubili hypo thetico. Et pmo de copulatiua. p cuius declaratōe pono aliq̄s re- gulas. ¶ 1ª ē ista. Insolubile copulatiuū cui⁹ vna ps ē necessaria p se si eidē in casu addūtur oēs ōditiōes cū nota exclusiōis: fit insolubile simplicit: et nō admittēdus ē casus. ver. g. pono qꝫ illa copulatiua de⁹ est. et nulla copulatiua ē vera. que sit. a. sit oīs copulatiua significās pcise sicut termi ni pretēdūt isto posito et admisso. quero vtrum. a. sit verū. si dr qꝫ sic. ergo secūda ps est vera. sed secūda pars significat pre cise qꝫ nulla copulatiua ē vera. ergo nulla copulatiua est vera. ergo. a. non est verū. Si dr qꝫ. a. est falsū: ergo altera pars ē fal sa. sed nō pma. ergo. scōa. tē sic. scōa ps ē falsa. ergo significat aliter q̄ ē. sꝫ ipsa si- gnificat pcise: qꝫ nulla copulatiua ē vera. ḡ n̄ ē ita qꝫ nulla copulatiua est vera. et. a. ē oīs copulatiua. ergo. a. est verū. ¶ Secun da regula est ista. Insolubile copulatiuū: cuius vna pars est impossibilis vel con- tingens addēdo eidem omnes conditio- nes cum nota exclusionis fit insolubile sꝫ quid. et admittendus: est casus. ver. gra. pono qꝫ ista copulatiua tu es homo. et nul la copulatiua est vera. que sit. a. sit omnis propositio copulatiua significans preci- se sicut termini pretendunt. isto posito et admisso: quero vtrum. a. sit verum: si di- citur qꝫ sic. ergo secunda pars est vera: et ipsa significat precise qꝫ nulla copulati- ua est vera. ergo ita est qꝫ nulla copula- tiua est vera. ergo. a. non est verum. Si dicitur: qꝫ. a. est falsum. ergo altera pars est falsa: et non prima. ergo secunda. tunc arguitur sic. Secunda pars est falsa. er go significat aliter quam est. sed ipsa si-

gnificat ꝑcise: ꝙ nulla copulatiua est vera ergo nõ ita est ꝙ nulla copulatiua ẽ vera ⁊ a est oĩs copulatiua. ergo a est veruꝫ. Et ita videt᷑ sequi ꝯdictio ĩ isto casu sic ĩ ꝓori: ⁊ per ꝯñs ꝙ scđa regula nõ ẽ vera. Respõdet᷑ admittendo positũ. ⁊ dr̃ ꝙ a ẽ falsum. ⁊ tunc ꝯñter oꝫ dicere ꝙ ꝑma pars ẽ falsa: ⁊ scđa vera. ⁊ si arguit᷑ sic. tu es hõ. ⁊ ꝑma ps sic p̄cise significat. ergo ipsa est vera. negat᷑ ꝑma ps añtis. q2 repugnat casui ⁊ vni casui cõcesso. Sequit᷑. n. ꝑma ps est falsa. ⁊ ipsa significat p̄cise te eẽ hominẽ. ergo tu nõ es hõ. Eodẽ mõ r̃ndetur si vna ps esset impossibilis: vt hõ est asinus. ⁊ ista copulatiua est falsa. ¶ Tertia regula est ista. Oẽ insolubile copulatiuum fit insolubile ꝭm quid addẽdo eidem oẽs ꝯditiões ꝑter notã exclusionis. ⁊ admittendus est casus: vt pono ꝙ ista sit oĩs copulatiua. deus est. ⁊ nulla copulatiua est vera significãs. sicut termini ꝑtendũt q̃ sit a isto posito: dr̃ ꝙ. a. est falsũ. nõ quidẽ ꝓ prima pte: sed ꝓ scđa. ⁊ si arguitur sic. scđa ps est falsa. ergo significat aliter ꝙ̃ est. ꝯcedo. sed ipa significat ꝑcise ꝙ nulla copulatiua est vera. ergo nõ est ita ꝙ nulla copulatiua est vera. nego minorem. ex eo ꝙ illa scđa ps significat copulatiue: ꝙ nulla copulatiua est vera. ⁊ ꝙ a. est verũ: ⁊ ꝓpterea. a. significat tria significata capulatiue. vꝫ ꝙ deus est: ⁊ ꝙ nulla copulatiua est vera. ⁊ ꝙ. a. est verũ. Et nõ dr̃. a. falsum pp ꝑmum significatũ aut secũdũ: sed pp tertiũ. Eodem mõ dr̃ ad illđ insolubile. tu es. ⁊ ista copulatiua nõ ẽ vera ponendo casũ ꝑoreꝫ. ¶ Ex ꝑͣ regl'a sequit᷑: ꝙ si ponitur hanc. deus est. vel quãcũqꝫ aliã: esse omnem ꝓpõnem: ⁊ significare precise deum esse: vel qđcũqꝫ ꝑ se necessariũ. ⁊ ꝙ hoc est falsũ: demõstrãdo illã ꝓpõnem. nõ admittẽdus est casus: qa sequit᷑ ꝯdictio. ¶ Ex scđa regula seq̃t᷑: ꝙ si ponit᷑ istã. deus est. vel quãcũqꝫ aliã: eẽ oẽm ꝓpõnẽ. ⁊ significare ꝑcise hoiem esse asinũ vel te eẽ. ⁊ ꝙ h̾ est falsũ demõstrãdo eãdẽ ꝓpõnẽ admittend᷒ ẽ casus. ⁊ dr̃ illã eẽ falsã. deus est. ¶ Ex 3ͣ regula seq̃t᷑ ꝙ si ponit᷑ istã. deus est. vel quãcũqꝫ aliã eẽ oẽm ꝓpõnẽ. ⁊ significare sic placet. ⁊ ꝙ hoc est falsum: nõ ponendo ꝑcise: admittendus est casus. ⁊ dicitur istã esse falsã. quare ⁊c̃.

Cap. 7.

Restat dicere ꝯñter de isolubili disiunctiuo. ꝓ cuius isolubilis declaratiõe. sit h̾ ꝑͣ regula. Insolubile disiũctiuũ: cuius vna ps est ĩpossibil᷑ ꝑ se: fit insolubile simpl'r. si eidẽ ĩ casu addunt᷑ oẽs ꝯditiões cum nota exclusionis. v̄. g. posito ꝙ illa disiũctiua q̃ sit. a. null᷒. deus. est. vel nulla disiũctiua est v̄a. sit oĩs disiũctiua significãs ꝑcise sicut termini ꝑtendũt. isto posito ⁊ admisso. q̃ro vtrũ. a. sit verũ: si dr̃ ꝙ sic: ergo altera ps ẽ vera. ⁊ nõ ꝑͣ: ergo scđa. tunc arguit᷑ sic. secũda ps est vera. ergo significat ꝑcise ⁊ principal'r sicut est. sed secũda ps significat ꝑcise ꝙ nulla disiũctiua est vera. ergo ita est ꝙ nulla disiunctiua ẽ v̄a. ⁊ ꝑ ꝯñs. a. nõ ẽ verũ. Si dr̃ ꝙ. a. est falsũ. ergo 2ͣ ps ẽ falsa. sed ipsa significat ꝑcise ꝙ nulla disiũctiua ẽ vera: ergo nõ est ita: ꝙ nulla disiũctiua est vera. ⁊. a. est oĩs disiũctiua. ergo a. est verũ. ¶ Preterea dr̃ ꝙ. a. ĩ casu isto est insolubile simpl'r: iõ nõ admittẽdus ẽ casus: q2 implicat ꝯdictionẽ. ¶ 2ͣ regula est ista. Insolubile disiunctiuũ apparens. cuius vña ps est ꝯtingens flã: fit insolubile ꝭm quid: eidẽ addẽdo in casu oẽs ꝯditiões cum nota exclusiõis. v̄. g. pono tibi istã. tu nõ es hõ. vel nulla disiũctiua ẽ v̄a. que sit. a. ⁊ sic oĩs disiũctiua: significãs ꝑcise sicut termini ꝑtendũt. isto posito ⁊ admisso. quero vtrũ. a. sit verũ: si dicit᷑ ꝙ sic ergo vna ps est vera: nõ prima. ergo 2ͣ. tunc arguit᷑ sic. 2ͣ ps est vera. ergo significat ꝑcise sicut est. sꝫ ipsa significat ꝑcise ꝙ nulla disiũctiua est vera. ergo ita ẽ ꝙ nulla disiũctiua est vera. ergo a nõ est veruꝫ. Si dr̃ ꝙ a est falsum. g̊ 2ͣ ps est falsa. sed ipsa significat ꝑcise ꝙ nulla disiũctiua est vera. ergo nõ est ita ꝙ nulla disiũctiua est vera. ergo aliq̃ disiunctiua est vera. ⁊. a. ẽ oẽs disiunctiua. ergo a est verum. ⁊ ita vt apparet sequit᷑ ꝯdictio in isto casu sicut ĩ

primo. ꝛ p ꝯñs regula nõ est vera. ¶ Rñ
deť cõcedẽdo regulã: ꝛ admittẽdo casũ. ꝛ
dr̃ ꝙ. a. est veꝝ. ꝛ tũc quã do dr̃ nõ pᵃ ps ẽ
vera. ergo secũda. dico ꝙ pma ps ẽ vera.
qꝛ ipsã eẽ veram sequiť ex casu. ꝛ 2ᵃ ẽ fal-
sa. ꝛ ex hoc nõ ꝯcludiť incõueniẽs. Verũ
tñ huiꝰ disiunctiua nõ est isolubilis nisi ap
parẽter: vt dicebať in regula: qꝛ oẽ inso-
lubile ẽ falsum. ꝛ. a. est veꝝ. ergo. ꝛ nõ est
insolubile. ¶ 3ᵃ regula. Omne insolubile
disiunctiuũ fit insolubile ẜm q̱d. eidẽ ad-
dẽdo in casu oẽs cõditiones pter notã ex
clusionis. v. g. posito ꝙ ista disiũctiua. hõ
ẽ asinus vel ista disiũctiua ẽ falsa. que sit
a. sit ois disiũctiua significãs sicut termi
ni ptẽdunt: admittiť casus: quo admisso:
dico ꝙ. a. ẽ falsuȝ. ꝛ 2ᵃ ps significat aliter
ꝙ̃ ẽ. ȝ nego ꝙ ipsa significet pcise ꝙ ista
disiunctiua est fala. immo ẽt significat aliꝛ
. s. ꝙ. a. ẽ verum. Eodẽ modo diceretť si po
nereť ꝙ ista tu nõ es hõ: vel ista disiuncti
ua nõ est vera: eẽt ois disiũctiua ꝛ signifi
caret sicut termini pretẽdunt. ¶ Notan-
dũ ꝙ nulla disiũctiua ẽ insolubilis: cuius
altera ps est vera. nec fieret isolubilis po
sitis illis ꝯditionibꝰ sepius noiatis. vt ds
ẽ. vel ois disiunctiua est falsa. tu es hõ. vľ
ista disiunctiua ẽ falsa. vñ ponẽdo casum
quẽcũqȝ noiatũ: admittereť ille: ꝛ ꝯcede-
reť quelibet illaꝝ disiunctiuaꝝ pp verita
tem pme ptis. ¶ Cõtra istã rñsionem ar-
guitur sic. Omne. a. est falsum. ȝ oẽ. a. est
ista disiũctiua. ergo illa disiũctiua ẽ falsa.
tȝ ꝯña. qꝛ sylľs in pꝛio tertie figure. ꝛ añs
ẽ verum. ergo ꝛ ꝯñs. ȝ ꝯñs ẽ 2ᵃ pars dis-
iunctiue. ergo ipsa ẽ vera: ꝛ p ꝯñs. a. ẽ ve
rum. ¶ 2° arguiť sic. oppositũ. a. ẽ falsuȝ.
ergo. a. ẽ veꝝ. añs pbatur. Nã h ẽ falsuȝ.
nullus hõ ẽ asinus: ꝛ ista disiũctiua nõ ẽ
falsa. ꝛ hoc ẽ oppositũ. a. ergo oppositũ
a. ẽ falsum. ꝯña tȝ cũ minori. ꝛ maiorẽ p-
bo. Nã ipsa ẽ vna copulatiua cuiꝰ 2ᵃ ps ẽ
falsa. qꝛ iã cõcessum ẽ ꝙ. a. ẽ falsuȝ. ¶ Ad
primũ dr̃ ꝯcedẽdo ꝯñam ꝛ negãdo ipsã
eẽ bonã. ꝛ cum dr̃ ꝙ ẽ syllogismꝰ in pmo
tertie figure. nego. qꝛ ꝯclusio hypotheti-
ce significat. q̃liter nõ cõtingit ꝯclusiõi ali

cuius boni syllogismi. ¶ Ad 2ᵐ dr̃ ꝙ op
positũ. a. nõ ẽ illud. sed hoc. nihil qđ ẽ hõ
ẽ asinus. ꝛ nõ ista disiũctiua ẽ falsa. cuiꝰ 2ᵃ
ps significat duobꝰ modis: sicut suũ ꝯdi-
ctorium. ¶ Hec argᵃ poterant applicari
caplo isolubilium copulatiuaꝝ. sed totiẽs
est inutile replicare. ¶ Ex pma regula seq
tur ꝙ si ponereť hãc hõ est asinus: vel q̃n
cũqȝ aliã ppõnem significare pcise ꝙ hõ
est asinꝰ: vel ꝙ nulla ppositio est vera. nõ
eẽt admittẽdus casus. qꝛ sequeretur cõtra
dictio. ¶ Ex secũda regula sequiť ꝙ si po
neretur hãc. homo ẽ asinus. eẽ oẽm ppõ
nem ꝛ significare pcise te nõ esse: vľ ꝙ nul
la ppositio ẽ vera. admittereť casus. ꝛ di
ceretur istã esse verã: hõ ẽ asinꝰ. ¶ Ex ter
tia regula sequiť. ꝙ si ponereť istã. hõ est
hõ. esse oẽm ppositionẽ ꝛ significare ho-
minẽ esse asinũ: ꝙ nulla ppõ est vera: nõ
ponẽdo precise deberet admitti casus: et
ꝯñter dici ꝙ ista est falsa. homo ẽ asinus.
quare ꝛc. Cap. 8.

Vltimo q̃dã declaro insolubilia: q̃ isolubilia nõ apparẽt. vt soꝛ. nõ hẽbit dẽariũ. pla. nõ ptrãsibit pon
tem. Et pono ꝙ oẽ dicens veꝝ hẽbit de-
narium. ꝛ solũ tale. ꝛ ꝙ tu dicas istã ppõ
nem: ꝛ nullã aliam: q̃ sit. a. ego nõ hẽo de
nariũ: significãtẽ precise sicut termini pre
tendũt isto posito: quero vtrum hẽbis de
narium vel nõ? Si dr̃ ꝙ tu hẽbis denari
um. ꝛ ois qui hẽbit denarium dicit verũ:
ergo tu dicis verũ: ꝛ nõ dicis nisi. a. ergo
a. est veꝝ. ꝛ tũc sic. a. est veꝝ. ꝛ significat
pcise ꝙ tu nõ hẽbis denariũ. g̊ tu nõ hẽ-
bis denarium: qđ est ꝯdictoriũ prius con
cessi. Si aũt dr̃ ꝙ tu nõ hẽbis denariuȝ: g̊
tu nõ dicis verum. ꝛ nõ dicis nisi. a. ergo
a nõ est verum. tũc sic. a. nõ est veꝝ. ꝛ. a. si
gnificat precise ꝙ tu nõ hẽbis denariũ. g̊
nõ erit ita ꝙ nõ habebis denarium. ergo
tu habebis denarium. ꝛ ita sequitur ꝯdi-
ctio. ¶ Similiter põt argui i principio q̃
rendo. vtrũ. a. sit verũ vel falsum. queãd
modum i alijs insolubilibus querebatur.
Propterea nõ admittitur casus. qꝛ ex eo
originẽ trahit isolubile simplr. Si tamen

in casu nō ponit̄ dictio exclusiua: admitto
casum ⁊ dico ꝙ tu nō hēbis denariū. ⁊ ꝙ
a. nō est ver̄. sed tūc ad argm. a. nō est ver̄
sed. a. significat ꝑcise ꝙ tu nō hēbis dena
riū. g̊ nō est ita ꝙ tu nō hēbis denariuꝫ. ne
go minorē: qm̄. a. significat ꝙ tu nō hēbis
denariū. ⁊ ꝙ. a. est ver̄. ⁊ nō rōne ꝑmi si-
gnificati. a est falsū: sed rōne scdi. Uerūtn̄
si fieret ꝯña nō ponēdo ꝑcise i minori: ne
garē ꝯñam. ¶ Eodē mō rn̄det̄ ad casū de
ponte ꝙ qn̄ ponit̄ ꝙ oē dicēs verū ꝑtrāsi
bit pontē. ⁊ solū tale. ⁊ sor. q sit oīs sor. di
cat illā ꝓpōnem ⁊ nullā aliā sor. nō ꝑtrāsi
bit pontē. significātē ꝑcise sicut termini ꝑ
tendūt: nō admittit̄ casus. Si tn̄ remoue
ret̄ dictio exclusiua: admittat̄. ⁊ dicat̄ con
sequenter ꝙ sor. nō pertrāsibit pontem. ⁊
ꝙ. a. est falsum. ¶ Contra istā respōsioneꝫ
arguit̄ sic. nullū dicens falsum pertransi-
bit pontē. sed sor. dicit falsuꝫ. ergo sor. nō
pertrāsibit pontē. ꝯsequentia bona. q̄ est
syll's in quarto prime figure. ⁊ antecedēs
verum. ergo ⁊ ꝯsequens. ⁊ consequens ē
a. ergo. a. est verum. ¶ Secundo arguit̄
sic. Contradictorium. a. est falsum. ergo. a.
est verum. antecedens probatur. qm̄ hoc
est falsum. sor. pertrāsibit ponteꝫ. ⁊ hoc ē
contradictoriū eius. ergo ⁊c̄. prima pars
antecedētis probatur. nam sor. dicit falsū
ergo non ꝑtransibit pontē. ⁊ ista ꝓpositio
sor. pertrāsibit pontem. significat precise
ꝙ sor. pertrāsibit pontem. ergo est falsa.
¶ Ad primū respondet̄ concedēdo cōse
quētiam ⁊ negādo ipsam esse bonā. nec ē
syllogismus in quarto prime figure. q̄ cō
sequens significat hypothetice copulati-
ue. ⁊ hꝫ supposito ꝙ conclusio sit. a. vel cō
uertibilis cū. a. ¶ Ad secundū dr̄ ꝙ assig̃-
tum non est ꝯ̃dictorium. a. sed istud n̄ sor.
non pertransibit pontē significans disiū-
ctiue modo opposito ad. a. sicut sepissime
est recitatum. ¶ Jam arguo contra totuꝫ
fundamentuꝫ insolubilium. ꝓbādo ꝙ nō
quodlibet insolubile ꝭm quid significat co
pulatiue mō dicto. q̄ tunc quodlibet in-
solubile foret impossibile simpliciter. con
sequens falsum. q̄ isolubile est ꝯcedēduꝫ
i casu. vt patuit. ⁊ nullum impossibile sim
pliciter est ꝯcedendū infra tp̄s obligatio
nis. ergo ⁊c̄. Et ꝙ illō sequat̄. ꝓbat̄. Nā
quodlibet tale isolubile significat copula
tiue impossibile simplr̄: ⁊ hoc ꝑcise ⁊ ꝑn-
cipaliter. ergo quodlibet isolubile ꝭm qd:
est impossibile simpliciter. ꝯsequentia tꝫ.
⁊ añs probo: sumendo hoc isolubile. hoc ē
falsum. significat eni ꝙ hoc est falsuꝫ: ⁊ ꝙ
hoc est verum: sed ꝙ hoc sit falsum ⁊ hoc
sit verum est impossibile simpliciter. ergo
⁊c̄. Hoc argumētū est difficile valde. sed
tn̄ breuiter solueret̄ nunc̄ concedēdo iso
lubile: sicut alias nō concedebā ipsū. ⁊ tc̄
dicebam ꝙ quodlibet isolubile est ꝓpō
impossibilis simpliciter. ⁊ ita non ꝓcede-
ret argumentū. Uerūtamē q̄ concessi iso
solubi le propositum. ⁊ negaui ipsum esse
verum: nō posset dicere bene respondēdo
ipsum esse ipossibile simpliciter: sed soluꝫ
possibile. Et tunc ad argumentū. suum si
gnificatum principale est ipossibile. ergo
isolubile est impossibile: nō valet argumē
tum. ¶ Pro quo est notandum ꝙ isolubile
habet duo significata. vnum adequatum.
⁊ aliud ꝑncipale. Adequatum significatū
est significatum cathegoricum sil'e dicto i
solubilis. Unde significatum adequatuꝫ
illius sor. dicit falsum. est istud sor. dice-
re falsum: vel ꝙ sor. dicit falsum. ¶ Princi
pale aūt significatū est significatū hypo-
theticū vt sort. dicere falsum. ⁊ istā propo
sitioneꝫ esse verā. Dico ergo ꝙ penes ali
ud attenditur possibilitas isolubilis: ⁊ pe
nes aliud sua falsitas. ¶ Possibilitas nāqꝫ
attenditur penes possibilitatē significati
adeq̄ti: ⁊ ipsius falsitas penes falsitatē si
gnificati principalis. hec ergo est possibi
lis. Omnis propositio est falsa. q̄ possibi
le est omnē propositionem esse falsam. sꝫ
ipsa est falsa. q̄ suum significatū ꝑncipa-
le est falsū. s. oēm propositionē esse falsā.
⁊ illā esse verā. Tamen extra materiā iso
lubilium penes idem attenditur possibi-
litas: veritas: vel falsitas propositiōis. q̄
penes significatū adequatū. ¶ Notāduꝫ
ꝙ non quacūqꝫ hic locutus sum: seu in ce

teris tractatibus: ea dixi ẜ3 ītentionē pro
priam: sed partim ēt ẜm intentione3 alio
rum doctorum: vt iuuenes incipientes fa
cilius ītroducantur.

¶ Explicit sext⁹ tractat⁹ q īsolubiliū mām
ꝯtinet. Et icipit tractat⁹ obiectionū ꝯ pri-
mum tractatum. Cap. 1.

Ut sumularu3 notitia ad memo
riam reducatur ponende sunt
quedam obiectiones contra q̄s
dam regulas vel diffinitiones:
quibus solutis relucentia habeatur. Pri
mo nanq3 arguitur contra diffinitionem
propositionis ī qua dicebatur. Proposi
tio est oratio īdicatiua verum vel falsum
significans. contra quam diffinitione3 sic
arguitur. hec oratio: antixp̄s esset alb⁹: est
propositio. ⁊ tamen non est oratio īdicati
ua. ergo diffinitio propositionis nō ē suf-
ficiens. consequentia tenet cum minori: ⁊
maiorem probo. Nam quodlibet antece
dens alicuius cōditionalis est propositio
sed antixp̄s esset albus. est antecedens ali
cuius cōditionalis. ergo est propositio. p3
consequentia: q2 est sylls̄ ī tertio prime fi
gure. ⁊ maior etiam patet. q2 conditiona
lis est illa ī qua coniunguntur plures pro
positiones cathegorice mediante nota cō
ditionis: ⁊ minorem probo. qm̄ an̄s hui⁹
ꝯditionalis. si antixp̄s esset alb⁹ antixp̄us
esset coloratus. est illa oratio. antixp̄s eēt
alb⁹. ¶ Respondet̄ ꝯcedendo diffōnem
propositionis. ⁊ nego ꝙ ista oīo antixp̄s
esset alb⁹: sit propō. ⁊ tunc ad argumētū.
nego istā maiorē. oē antecedēs alicui⁹ cō
ditionalis ē ꝓpō. ⁊ qn̄ h̄ ꝓbat̄ ꝑ diffōnem
ꝯditionalis dn̄do: ꝙ ꝯditionalis est illa ī
q̄ ꝯiūgūt̄ pl̄es cathegorice. ⁊c̄. Dr̄ ꝙ ista
diffō est falsa. de virtute sermonis: s3 ītelli
gitur sic. ꝯditionalis ē illa ī q̄ coniūgunt̄
pl̄es cathegorice. aut pl̄es oīones se habē
tes per modū cathegorice. sed iam ī pro-
posito nō coniungunt̄ pl̄es cathegorice ī
illa conditionali. sed pl̄es oīones se habē
tes ꝑ modum cathegorice. vnde ista oīo.
antixp̄s esset albus: nō est cathegorica: s3
se habens ꝑ modum cathegorice: q2 h3 su

as ꝑtes ꝓncipales ꝑ modū subiecti: p̄di-
cati: ⁊ copule. ¶ 2° arguitur ꝯ regulā ꝓpō
nis vl̄is ī qua dr̄: ꝙ propō vl̄is est illa ī q̄
subijcit̄ termin⁹ cōis signo vl̄i determiat⁹
Nā ista propositio. nō qlib3 hō currit: nō
est propō vl̄is. ⁊ tn̄ ī ea subijcit̄ terminus
cōis signo vl̄i determinatus. ergo regula
falsa. ꝯn̄a t3. ⁊ p̄ma ps antecedētis ꝓbat̄.
qm̄ ista nō ql3 hō currit: equalet isti ī figu
ra. aliqs hō nō currit. q2 negatio ꝑposita
facit eqpolere suo ꝯdictorio. s3 illa. aliqs
homo nō currit nō est ꝓpō vl̄is. ergo nec
illa. nō qlibet hō currit. 2ᵃ ps antecedētis
probat̄. Nā oē adiectiuu3 alicuius sb̄stā
tiui est determinatio ei⁹: sed ly. qlibet est
adiectiuū isti⁹ termini: hō g̊ ē determina-
tio ei⁹. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ly. hō determiat̄ signo vl̄i
qd̄ erat ꝓbādū. ¶ Respōdet̄ ꝙ argᵐ ver
baliter ꝯcludit. sed nō ꝯ ītellectū regule: q
ē iste. Propō vl̄is est illa ī qua subijcitur
terminus cōis signo vniuersali distributi
ue mobiliter determinatus. Sed iam ī ꝓ
posito subiectum propositionis assignate
determinat̄ signo vl̄i non distributiue: s3
solum adiectiue: ⁊ ita ad argumētū nō ꝓ
cedit. ¶ Tertio arguitur ꝯ regulā ꝓpō-
nis ꝑticularis: ī qua dr̄. Propositio ꝑti-
cularis ē illa ī qua subijcitur termin⁹ cōis
signo ꝑticulari determinat⁹. nā istā. nō ali
quis hō nō currit. nō est propō ꝑticular̄.
⁊ tamē ī ea subijcit̄ termin⁹ cōis signo ꝑti
culari determiat⁹. g̊ regula falsa. ꝯsequen
tia t3 cū maiori. q2 equalet isti in figura: q
libet hō currit. que nō est particularis. mi
nor ꝓbatur. na3 oē adiectiuū alicui⁹ sb̄stā
tiui est determinatio eiusdē. sed ly. aliqs ē
adiectiuū illius termini hō. ergo est det-
minatio ipsius. ergo ly. homo determina
tur signo particulari: qd̄ erat probādum.
Dr̄ ꝙ non arguitur contra intellectum re
gule: q2 regula sic ītelligitur. Propō ꝑti
cularis est illa ī q̄ subijcitur termin⁹ cōis
solo signo particulari determinat⁹. s3 ia3
ī proposito subijcitur terminus cōis d̄ter
minatus signo ꝑticulari adiectiue: ⁊ ēt di
stributiue. ⁊ ꝑ ꝯsequēs nō determiatur so
lo signo particulari. ¶ Quarto arguitur

¶ Tertio pricipaliter dubitatur an in illa. oīs homo vel asinus est asinus. totū disiunctū possit esse subiectū. ⁊ dixit magister ⁊ Petrꝰ Mā. ꝙ sic. ⁊ tunc propositio est falsa. cum secūda eiꝰ exponens sit falsa. s. nihil est homo vel asinus quin id sit asinus. patet etiam falsitas ex alio. qꝛ ipsa ē vna vniuersalis affirmatiua cuiꝰ subiectum. s. ly hō. vel ly asinus. dicit̄ de aliquo de q̊ non dr̄ p̄tum. vt patet. ¶ Quidam aūt aliȷ̄ de quorum numero est hentisber dicunt ꝙ nō est possibile ꝙ totum sit subiectū. ⁊ sic dicerent ꝙ ista est vera. ⁊ ꝙ secunda exponēs debet sumi sic. ⁊ nihil ē homo quin illud vel asinus sit asinus. sic ꝙ ly quin. imediate postponatur subiecto. Ratio āt istoꝝ est. qꝛ dato ꝙ totū sit subiectum sequitur duo contradictoria eē simul vera. qd̓ probant. qꝛ iste sunt simul vere iste homo vel asinus est asinus. ⁊ iste homo vel asinus nō est asinus. ⁊ iste sunt contradictorie. igitur ⁊c. patet ꝯsequentia cum minori. qꝛ singularis affirmatiua ⁊ singularis negatiua de cōsimilibꝰ subiectis ⁊c. sunt contradictorie. maior autem probatur. qꝛ prima ē vera. iste homo vel asinus est asinus. demonstrato brunello: ⁊ secunda sil'r scilicet. iste homo vel asinꝰ nō ē asinus demonstrato eodē brunello: qd̓ probo. qꝛ iste hō non ē asinus demōstrato brunello. igitur. iste homo vel asinus nō est asinus. patet ꝯsequentia a parte disiuncti ad totum sine ipedimēto ⁊ antecedens est verum cum eius oppositum sit falsum vt patet. igitur ⁊ ꝯsequens. ¶ Pro solutione huius argumenti tenendo magistrum nota ꝙ ista. oīs homo vel asinus est asinus. si totum sit subiectum habet tot singulares quot iam sunt supposita istius termini homo. ⁊ illius termini asinus. secūdo nota ꝙ in suis singularibus. vt in ista. iste homo vel asinus est asinus. ly iste. dꝫ demonstrare ⁊ determinare totum disiunctum ⁊ non solum ly homo. sic ꝙ sit sensus ꝙ omne qd̓ est homo vel asinus. i. omne ens qd̓ ē homo vel asinus est asinus. Istis stantibus tenetur ꝙ totum est subiectum ⁊ negatur ꝙ duo contradictoria essent simul vera. ⁊ cū probatur. qꝛ ista est vera. iste homo vel asinus ē asinus. cōcedit̄ si demonstratur brunellus. qꝛ sensus est ꝙ iste qui est homo vel asinus est asinus. qd̓ est verum sed negatur ꝙ secunda sit vera. s. iste homo vel asinus non ē asinus demonstrato eodē. qꝛ sensus est ꝙ iste qui est homo vel asinus nō ē asinus. qd̓ est falsū. vt patet. ⁊ cum probat̄. qꝛ iste homo non est asinus. demōstrato brunello. igitur iste homo vel asinus non est asinus negat̄ ꝯsequentia. qꝛ arguitur ab inferiori ad suū superius negatiōe postposita sine medio sicut nō sequitur. Adam non est substantia. igitur adā vel deus non est substantia. qꝛ antecedens ē verum. vt patet. ⁊ consequens falsum. qꝛ eius oppositum est verum. s. omne quod est adam vel deus est substantia. vt patet per exponentes. ⁊ ad regulam. a parte disiuncti ⁊c. respondet̄ ꝙ negatiue non tenet. istud tamen argumentum licet sic soluatur ⁊ bene. posset fortificari. ⁊ tu illud considera. ¶ Ultimo restant tres petitiones. prima que est melior ꝓbatio an illa Petri Mantuani an illa magistri. respondetur ꝙ per argumentum factū supra mihi videtur ꝙ ista Petri Mātuani sit melior. sicut est dictū in consequentiȷ̄s. ¶ Secūda petitio. an iste ꝓpositiōes exponibiles de quibus ifra dicetur. sicut sunt exclusiue ⁊ exceptiue ⁊c. sint cathegorice vel hypothetice. respondetur ꝙ secundum communia dicta logicorum. iste sunt cathegorice. probabiliter tamē teneri posset ꝙ omnes sunt hypothetice. ⁊ si quis hoc teneret habet dicere ꝙ ista ⁊ consimiles. omnis homo ē animal. est hypothetica ⁊ non est necessaria. ⁊ ꝙ i mente non est terminus communis proprie dictus. qd̓ ⁊ si probabile sit est tamen multū alienum a communibus dictis. ideo non teneatur ⁊ dicat̄ ꝙ sint cathegorice. ¶ Tertia petitio. an terminus debeat stare magis confuse in exponente q̄ꝫ in exposita. rñº. ꝙ ratio si bene consideretur dictat ꝙ nō. tamen secūdum exponētes que cōmuniter dantur habemus tenere oppositum sicut infra patebit.

¶ Capitulum de officiabilibus.

Propositio officiabil̓ ⁊c. ¶ Circa istō capitulum nota ꝙ quando terminus modalis aut verbum concernens actū mentis. vt dicit Paulus determinant. i. habent ante se aut pꝰ se dcm̄ alicuiꝰ ꝓpōnis. i orōnē ifinitiuā aut ꝯiūctiuā. ⁊ nō dicas sigñatū nullo termino mediato pcedēte. tūc illa ꝓpō ē officiabil̓. exᵐ. hoīeꝫ eē aial ē scitū. ⁊ sor. eē ē posse aut posse est sor. eē. aut p̄t eē ꝙ sor. sit. qꝛ ly p̄t. ipersonal̓ sūptū ꝫ cōia dicta q̄ꝫtū ad hoc ꝯuertit̄. cū ly posse ⁊ ꝓbat̄ hmōi ꝓpō p vnā singularē. ⁊ sic eiꝰ ꝓbatio reducit̄ ad resolubiles. exēpluꝫ. ista posse est

for. eē sic ꝓbatur. ista ꝓpō for. est. est possibilis. q̄ adequate significat for. esse. igit̄ ⁊c. vbi ista offi cians est vna singularis valens q̄ꝫtum vna co/ pulatiua: cū in ea sit ly que. resolubile in ⁊. ⁊ il/ le illa illud. vt patꝫ supra. Et appellat̄ si sit vna cathegorica officiās. ⁊ si sit copulatiua officiā/ tes. i. ꝓbantes ꝓpōnem officiabilē. i. ꝓpōnem in qua est dictio habens officiū determinādi. ⁊ determinās totam ꝯpōnem. ℂ Supponūt ter mini cōmunes non distributi in officiatis con fuse tm̄ imobiliter: vt necesse est hoīem eē aīal: aut scio mulā esse sterilē. non enim seq̄tur. scio mulā esse sterileꝫ. ⁊ iste sunt oēs mule. igit̄ scio istam vel istā ⁊c. esse sterileꝫ: q꜡ antecedens est verum. ⁊ ꝯsequens falsum in hoc casu. s. q̄ ego sim vnus qui nū q̄ꝫ viderim mulas: tamē ex re/ latu credo illas esse steriles: sicut sunt. deide ꝓ/ sentētur mihi mule: quas credā esse eq̄s ⁊ non steriles. tunc scio mulā esse sterilē: q꜡ ita credo firmiter. ⁊ ita est. ⁊ iste sunt oēs mule: vt pono in casu: ⁊ tamen nō scio istā vel istā ⁊c. esse steri lē. exquo non credo vt ponit casus. In officiā/ te aūt. vt in ista. hec ꝓpō. hō est aīal. est necessa ria que adequate ⁊c. stat ly ꝓpositio. discrete ⁊ personalr̄ a ly hec. ⁊ totum hoc. hō est aīal. stat mālıter a ly hec ꝓpositio. qꝺ est signū materia/ litatis. ⁊ tenet̄ appositiue. ⁊ stat determiate se/ cunduꝫ magr̄m. ⁊ supponit ꝓ se aut sibi simili personaliter sumpto: q꜡ ly hō est aīal. materiali ter sumptū non est ꝓpō ſm magr̄m: sed nomē neutri generis. ⁊ ly necessaria. stat determinate ⁊ ꝑsonaliter. ⁊ ly que. discrete ⁊ ꝑsonalr̄: sicut suum añs. s. ly ꝓpō. ⁊ ly hoiem. ⁊ ly anial. ꝯfuse tm̄ imobiliter ⁊ ꝑsonaliter a ly significat. quod est verbū ꝯcernens actū mentis. ⁊ nō licet de/ scendere. vt pꝫ. ℂ Contra istum modum offi/ ciandi argr̄ ꝑmo: q꜡ non seq̄tur. ista ꝓpō. hō ē asinus. est possibilis. ⁊ hec significat adequate hoīem esse asinū. ⁊ ꝑmarie. igit̄ possibile est ho minē esse asinū: q꜡ ꝯñs est falsum vt pꝫ. ⁊ ante/ cedēs verū: qꝺ ꝓbat̄: nam secūda pars antecedē tis est nota. ⁊ ꝑma ꝓbatur. q꜡ ista. hō est asinꝯ. pōt esse vera. igit̄ est possibilis. tenet ꝯña. ⁊ añs ꝓbatur: q꜡ ipsa potest significare ꝑmarie ⁊ adequate deū esse. ℂ Secundo argr̄ sic. dato isto mō officiādi seq̄tur istas esse veras. s. ipossi bile est antixp̄m esse. si possibile est antixp̄m eē. ipossibile est te esse. si tu potes loqui. ꝯñs falsū. ⁊ ꝯsequētia ꝓbatur: q꜡ officiantes sunt vere. vt pꝫ. ℂ Tertio argr̄ ꝓbādo q̄ in illa. hec ꝓpositio. hō est aīal. est necessaria. ly hō est aīal. non stat mālıter: cuius opm dicebatur. ⁊ ꝓbat̄ sic. q꜡ dato opposito seq̄tur q̄ aliq̄s terminus cathe/ gorematicus supponit mālıter: qui tamē non pōt stare personalr̄: qꝺ videt̄ falsuꝫ: ⁊ q̄ hoc se quatur ꝓbatur: q꜡ tota ista ꝓpō stat mālıter vt dr̄. ⁊ ista non potest stare personaliter: q꜡ ꝓpo/ sitio personalr̄ sumpta nō pōt poni in ꝓpōne. vt pꝫ. igitur ⁊c. ℂ Ad ꝑmū dr̄ q̄ ꝯña ista ē bo/ na. ⁊ ad argumentū negat̄ q̄ antecedens sit ve rum. ⁊ negat̄ q̄ ista. homo est asinus sit possibi lis. ⁊ cū arguitur. ista potest esse vera. igitur est possibilis. negatur consequentia: quia proposi tio possibilis est illa que potest aut potuit aut poterit esse vera secundum significationē quaꝫ iam habet: qꝺ non contingit de illa. homo est asinus. vt patet. ℂ Ad secundum conceditur q̄ ille sunt vere vt probat argumētum. dato q̄ ly impossibile cadat super tota propositiōe: q꜡ hec ꝓpositio est impossibilis. antichristus est si possibile est antichristum esse. vt patet: quia est conditionalis: cuius oppositum consequentis stat cuꝫ antecedente. ideo falsa ⁊ impossibilis. cum omnis cōditionalis falsa sit impossibilis. ℂ Ad tertium posset concedi totuꝫ: scilicet q̄ aliquis terminus cathegorematicus stat ma/ terialiter qui nō potest stare personaliter: si ta/ men hoc sit inconueniens. respondeatur aliter ⁊ dicatur q̄ id non sequitur. ⁊ ad probationeꝫ cum dicitur. propositio non potest poni in ꝓ/ positiōe. ipsa stante personaliter negatur: quia dicendo. homo est animal est verum aut neces sarium. ly homo est animal: qꝺ est vna proposi tio. stat personaliter ꝓ significato ex parte rei istius. homo est animal. qꝺ significatiuum est verum ⁊ necessariū. ⁊ sic patet solutio. ℂ Sed hic sunt tres petitiones. prima. in quo differūt modales de sensu composito ab illis de termi/ nis concernentibus actum mētis. Respon. q̄ in nullo: nisi quia prime secūdum doctores cō/ muniter non sunt quante. ⁊ alie sic. exempluꝫ. ista. possibile est hominem legere. non est quā/ ta. sed bene ista. scio hominem legere: quia est singularis: tamen sicut in prima ly homo. stat confuse tantum immobiliter. ita ⁊ in secunda. ℂ Secunda petitio. quid est homineꝫ esse ani mal ex parte rei. qꝺ est significatuꝫ verum ⁊ ne cessarium istius. homo est animal. Respon. q̄ in veritate non est nisi homo. quomodo auteꝫ homo aut tale significatum sit necessarium for te dicetur ifra. ℂ Tertia petitio. an omnis ꝓ/ positio de sensu composito sit officiabiliter ꝓ/ banda. Respon. q̄ non: sed solum illa in qua non precedit terminus mediatus: quia ista. ho mo scit for. legere. est de cōposito. ⁊ tamen non est officiabiliter probanda: sed resolubiliter a primo termino: q̄ autem illa sit de composito patet: quia terminus talis concernens actum mentis cadit super dicto ꝓpositionis. ⁊ ita est de composito. sinautem magister non posset probare istaꝫ esse de composito. scilicet. tu scis fortem legere.

¶ Capitulum de descriptibilibus.

P Ropositio descriptibil ⁊c. ¶ Circa h̄ ca
pitulum nota ꝙ terminus cōcer
nens actum mētis. aut est termi
nus qui nō cadit congrue. aut ve
re super icōplexo nisi id sit signū
cōplexi. sicut sunt ly scio. credo ⁊ dubito aut est
terminus q̇ potest cadere super icōplexo. qꝺ nō
est signū ↄplexi. sicut ly itelligo. ⁊ imaginor ⁊c.
¶ Si ꝓmū aut talis terminus ē in ꝓpōne cum
incomplexo verbali. aut cū complexo verbali.
Si cum cōplexo. tunc secūdum oēs facit termi
num appellare rōnem ⁊ cōfundi si sit termin⁹
cōmunis ⁊ cadat super illo: vt scio hominē esse
animal. si cum incōplexo. tunc secūdum quos
dam non ↄfundit nec facit terminū appellare
sic ꝙ idem erit dicere scio aliquā propositionē
⁊ aliquā propositionē scio. Sed secūdum ma
gistrum in hoc capitulo est dicēdū ꝙ facit ter
minū appellare. vt dicendo. scio ꝓpositionem
affirmatiuā. l ꝓpositionē affirmatiuā. appel
lat formā. ⁊ non est idē dicere. scio ꝓpōnē affir
matiuam. ⁊ ꝓpōnem affirmatiuam scio. ꝓpter
appellationē. Si vero terminus ↄcernēs actū
mentis est talis nature ꝙ possit cadere sup in
complexo non significante cōplexum hoc du
pliciter. q2 vel talis terminus iā actu est sup i
cōplexo aut super cōplexo. Si ꝓmū confundit
secūdum magistrū confuse tātum mobiliter si
sit terminus cōis ⁊ facit appellationem ratio
nis. vt intelligo hoiem. Si secūdum tunc con
fundit confuse tātum immobiliter. ⁊ iterū facit
appellationem. vt intelligo hoiē esse animal.
¶ Contra modū describendi magistri arguit
sic. dato tali modo sequitur ꝓcessus in ifinitum
in describēdo. igitur talis modus est malus. pꝫ
ↄsequentia. ⁊ antecedēs ꝓbatur. ⁊ capio istam
ego intelligo sor. q̇ sic describitur. ego itelligo
aliq̇d sub rōne sortis. ⁊ patet ꝙ ista describens
est vlterius describēda in ifinitū. qꝺ ꝓbo. q2 oīs
propositio in qua terminus ↄcernens actū mē
tis determinant incōplexū nullo termino me
diato precedēte est describēda. vt pꝫ in textu.
Sed ista est hmōi. vt patet igitur est describen
da. ⁊ sic ꝺ aliis arguit. ¶ Et ↄfirmatur. q2 ista.
ego intelligo aliq̇d sub rōne sortis. cū ly aliq̇d
per dicta appellet rōnem. significabit ꝙ ego i
telligo aliquid sub ratione aliquid sub ratio
ne sortis. ⁊ sic itur in infinitum. ¶ Secundo ar
guitur sic. descripta nō conuertitur cum descri
benda data a magistro. igitur talis modus ma
lus. patet ↄsequētia ⁊ antecedens probatur. q2
non sequitur. ego intelligo populum. igit ego
itelligo aliq̇d sub rōne populi. q2 añcedēs ē ve
rum vt patet. ⁊ ↄsequens falsum. cum populus
non sit aliq̇d nec eē possit. aut intelligi. ¶ Ter
tio arguit sic. ista ↄsequētia nō valet. s. ego scio
adequatum significatū a. ꝓpositionis. qꝺ scio. si
gnificari per a. ꝓpōnem. igitur ego scio a pro
positionem. igitur talis modus malus. pꝫ con
sequentia. ⁊ antecedens probat. q2 pono qꝺ i
pariete sit ista ꝓpositio. homo est aial. ebraice
scripta ordine retrogrado secundum eos: q̄ sit
a. ⁊ dicatur mihi a. preceptore cui credā firmi
ter ꝙ ista significat hoiem esse animal. ⁊ ꝙ ap
pellatur a. tunc in isto casu. ego scio adequatū
significatū illius ꝓpōnis. vt patet. qꝺ scio ade
quate significari ꝑ a. ꝓpositionē. q2 credo fir
miter ꝙ significetur per a. ⁊ ita ē ꝙ significat
per. a. ⁊ tamen ego non scio. a. propositionē. qꝺ
probo. q2 ego non intelligo terminos illius ꝓ
positionis. imo iste termin⁹ de q̊ credo ꝙ signi
ficet hoiem significat animal ⁊ ecōuerso. vt pa
tet ex casu. ¶ Quarto argr sic. dato isto mō se
quitur ꝙ idē est scitū ⁊ dubiū. ↄsequens falsū.
⁊ ↄsequentia probatur. ⁊ suppono ꝙ idē sit ex
parte rei. hoc esse hoiem. ⁊ hoc eē sor. demōstra
to sor. similiter ꝙ idē sit ex parte rei hoc eē sor.
⁊ sor. isto stāte sit sor. a longe ⁊ credas illū esse
hominem. nō tamē credas illū esse sor. sic ꝙ sci
as istā. hoc est homo ⁊ dubites istam hoc ē sor.
⁊ capio istas duas. hoc est homo. hoc ē sor. q̄
rū prima sit. a. ⁊ secūda. b. ⁊ significatū ꝓme. c.
⁊ secūde. d. tunc arguitur sic. tu scis. a. proposi
nem. igitur tu scis adequatū significatum. a. ꝓ
positionis. sed adequatum significatum. a. est
ipm. c. igitur. c. ē scitū a te. nūc ꝓbo ꝙ idē. c. est
tibi dubiū. q2 oē. d. est dubiū. sed oē. c. est. d. igr
oē. c. est tibi dubium. patet consequētia cū ma
iori. q2. d. est significatum propositionis tibi du
bie. ⁊ minor ꝓbatur sic. omne. d. est sor. ⁊ oē. c.
est sor. igitur omne. c. est. d. patet consequētia.
cum miori per suppositū. q2 idē est ex parte rei
hoc esse hominem. ⁊ hoc eē sor. ⁊ maior ēt pa
tet ex supposito. q2 idem est hoc esse hoiem de
monstrato sorte. ⁊ sor. Et per idē potest proba
ri ꝙ ly scio ⁊ dubito determinant incōplexa. q2
iste sūt. vere. sor. scitur. ⁊ sor. dubitatur. qꝺ ꝓba
tur. q2 hoc scitur demonstrato significato ꝓme
propositionis. ⁊ hoc est sor. per suppositū. igr
sor. scitur. Similiter hoc dubitatur demōstra
to. d. ⁊ hoc est sor. igitur sor. dubitat. ¶ Vlti
ma arguitur probando ꝙ ly intelligo cadens
super incōplexo confundit confuse tantum im
mobiliter. quod est contra magistrum in septi
ma regula suppositionum. probatur. q2 in illa
propositione. intelligo animal. ly animal. stat
immobiliter. igitur contra magistrū. patet cō
sequentia. ⁊ antecedens probatur. q2 non licet
descendere. qꝺ ꝓbatur. ⁊ pono ꝙ in mente mea
nullus remāserit ↄcept⁹ singl'aris. sꝫ sit solū iste

ꝯceptus aial de q̃ ꝯsiderem ⁊ seq̃tur ꝙ ista co-
pulatiua ē v̓a. itelligo aial ⁊ ista ſi oia aialia. ⁊
tamen iste descēsus erit falsus. s. ego intelligo
hoc vel hoc vel hoc animal: q̄ꝛ ista ſm magr̄z
hꝫ describi sic. ego intelligo aliq̃d sub ratione
qua hoc vel hoc vel hoc aial. ⁊ sub ꝯceptu ta-
li ꝯn̄s falsum. ⁊ ꝯtra casum ponentē ꝙ nullus
sit ꝯcept⁹ singularis in mēte mea. ¶ Ad p̄mū
respon. negādo an̄s. ⁊ cum ꝓbat̄. dr̄ ꝙ in ista.
ego itelligo aliq̃d sub ratione soꝛt. ly aliquid.
nō appellat. ⁊ sic non itur in infinitū in descri-
bēdo. ⁊ ad regulā que dicit ꝙ ois terminus se
quēs v̓bū ꝯcernēs actū mētis appellat rōnē:
⁊ q̄ꝺ talis ꝓpositio est describēda. dr̄ ꝙ ista re
gula nō est absolute vera: sed intelligit̄ suppo
sito ꝙ tali termino sequenti nō supueniat aliq̃
limitatio. exemplū. dicēdo intelligo hominē.
ly hominē. appellat. sed dicēdo itelligo homi
nem sub ratione seu sub ꝯceptu ꝓpo soꝛ. ly ho
minē. non appellat ꝓpter limitationē illam. ⁊
ꝓpositio non est describēda. Sil̄r est in ꝓpoſi
to de ista. ego intelligo aliquid sub ratiōe soꝛ.
⁊ pꝫ etiā solutio ad ꝯfirmationē. ¶ Ad 2ᵐ dr̄
ꝙ argumentuꝫ verbaliter ꝯcludit. ⁊ dr̄ ꝙ ista
ego intelligo ppl̄m describit̄ sic. ego intelligo
aliq̃d vel aliqua per istum ꝯceptū populus. ⁊
pꝫ solutio. ¶ Ad 3ᵐ dr̄ ꝙ talis modus descri-
bēdi est bonus si sane intelligat̄. ⁊ dr̄ ꝙ ibi nō
arguit̄ a descriptiōe ad descriptā: q̄ꝛ describēs
isti⁹. ego scio a. ꝓpōnē. est ista. ego scio adeq̃
tum significatū a. ꝓpōnis. q̄ꝺ scio mihi signifi
cari per a. ꝓpōnē seu q̄ꝺ mihi significatur per
a. ꝓpōnē. ⁊ tunc pꝫ ꝙ si sumat̄ isto modo ipsa
erit falsa sicut descripta. ¶ Posset al̄r ēt dici
ꝯcedendo ꝙ ego scio a. ꝓpōnem. ⁊ tu ꝯsidera.
¶ Ad 4ᵐ admisso p̄supposito: q̄ꝺ non omni-
bus apparet veꝝ est dōꝫ ꝙ ꝯcludit: nec est in-
ꝯn̄s ꝙ eadē res sciatur ⁊ dubitet̄ per diuersas
ꝓpōnes. vt dicit Petrus. M. ⁊ sic est in ꝓpo
sito. ¶ Et ad ꝯfirmationē cum pꝛobatur ꝙ ly
scio. determinat incomplexū ⁊c. q̄ꝛ ista est ve-
ra. soꝛ. scitur. rn̄º. ꝙ hoc nō est ꝯtra dicta: quia
intelligebat̄ supꝛa ꝙ ly scio. nō determiat post
se incomplexū ⁊c. vnde licet ꝯgrue ⁊ vere di-
cat̄ soꝛ. scitur aut soꝛ. dubitat̄: nō tamē ꝯgrue ⁊
vere dr̄ scitur soꝛ. aut dubitatur soꝛ. ⁊ ratio est:
q̄ꝛ sensus p̄me cum ibi nulla sit appellatio est
iste. s. ꝙ res ista que est soꝛ. aut pōt eē soꝛt. aut
si esset: esset soꝛt. scitur. ⁊ hoc est veꝝ: q̄ꝛ scit̄ per
illā. soꝛt. est. sensus aūt secunde est ꝙ talis res
scitur per illū ꝯceptuꝫ incomplexū. soꝛ. ꝓpter
appellationē ⁊ hoc est falsum. ¶ Ad vltimuꝫ
dr̄ ꝙ ꝯcludit. ⁊ q̄ꝺ ista verba ꝯfundunt confu-
se tm̄ imobiliter: licet magr̄ hic dixerit opposi
tum. ¶ Posset etiam dici aliter ad hoc argu
mentū: non tamen ſm cōmunia dicta ⁊ possu-
mus dicere ꝙ ly intelligo. nullam habet vim
confundendi: ⁊ q̄ꝺ ly animal. stat determina-
te: ⁊ ꝙ si non licet descendere hoc non est ra-
tione confusionis: sed ratione appellationis.
Et ista responsio est bona si bene ꝯsiderabitur
super ea ⁊ teneo illā. ¶ Sed hic sunt due pe-
titiones. p̄ma. an ista sit vera saraceni adoꝛant
deum viuum ⁊ verū: ⁊ videt̄ ꝙ sic: q̄ꝛ ipsi ado-
rant aliquid sub ratione dei viui ⁊ veri. Et vi-
detur ꝙ non: q̄ꝛ ipsi adoꝛant maumetē. rn̄º. ꝙ
ista est falsa: q̄ꝛ ad hoc ꝙ ista sit vera. saraceni
adoꝛant deum ⁊c. non sufficit ꝙ adoꝛent ali-
quid sub ratione dei viui ⁊ veri: sed requiritur
ꝙ adoꝛent rem que si esset: esset deus viuus ⁊
verus. ⁊ adoꝛent illam sub ratione dei ⁊c. ⁊ ita
intelligatur modus describendi superius po-
situs. modo nō sic est de illis: q̄ꝛ adoꝛant mau-
methez qui si esset non esset deus. sed vnus ho-
mo sicut tu. ¶ Secūda petitio. an ista sit v̓a.
de⁹ intelligit antixp̄m. ⁊ videtur ꝙ non: q̄ꝛ nō
intelligit aliquid sub ratione ⁊ sub conceptu
antichꝛisti. ex quo nullū habet in se cōceptuꝫ.
⁊ ex alia parte apparet vera. respon. ꝙ ipsa est
vera: ⁊ licet deus nullum habeat in se ꝯceptū:
ipse tamē est sibi ipsi ꝯceptus. i. imago omniū
rerum ⁊ per se ipsum omnia intelligit.

¶ Capl̄m de ly necessario ⁊ ꝯtingēter.

Ex pꝛedictis patet ⁊c. ¶ In hoc
capitulo faciam tria. Pꝛimo vi
debo aliqua circa textū. Secun
do arguaꝫ contra magr̄m. Ter-
tio ponā petitiones. ¶ Quan-
tum ad p̄mum pꝛo habēda recta expositione
de ly necessario quādo sumitur aduerbialiter
⁊ in sensu cōposito: est sciendū ꝙ ly necessario
semper ponitur cum ꝓpositione ⁊ non cū oꝛa
tione infinitiua. sicut ly necessariuꝫ. vt necessa-
rio homo est animal. talis autem ꝓpositio ha
bet exponi per pꝛeiacentem ⁊ vnā negatiuam
de ly pōt impersonaliter sumpto in qua ly po-
test cadat super dicto pꝛopositionis que con-
tradicit illi super qua cadebat ly necessario.
exemplum. ista. necessario animal est substan-
tia. sic ꝓbatur. animal est substantia: ⁊ non po
test esse quin animal. i. ꝙ nō animal seu nulluꝫ
animal sit substantia. igitur necessario animal
est substātia. vbi patet ꝙ ly potest cadit super
hoc dicto. s. ꝙ non animal sit substantia: quod
est dictuꝫ huius. nullum animal est substātia.
que est contradictoꝛia illius. animal est substā
tia. super qua cadebat ly necessario. ¶ Sꝫ ad
inueniendum bene istam secundam exponen
tem considera si ly necessario cadit super ꝓpo
sitione de pꝛesenti: aut de pꝛeterito: aut de fu-
turo. si pꝛimuꝫ sume secundam exponētem de

verbo potest de presenti: ⁊ fac qđ cadat super dicto ꝓpositionis de presenti. si secundū sume illam de preterito. ⁊ fac ꝙ cadat super dicto de preterito. si tertium sume de futuro ⁊ cadat super dicto de futuro. exemplum primi. necessario celum est. expone sic. celum est. ⁊ non potest esse quin celum sit: idest ꝙ non celum seu nullum celū sit. igitur ⁊c. vel sic: ⁊ non potest esse nullum celum esse. exemplum secundi. necessario ens fuit deus. expone sic. ens fuit deus: ⁊ non potuit esse ꝙ nullum ens fuerit deus. vel ⁊ non potuit esse nullū ens fuisse deum. igitur ⁊c. exemplum tertij. necessario animal erit substantia. expone sic. animal erit substantia: ⁊ nō poterit esse ꝙ nullum animal erit substantia vel ⁊ non poterit esse nullum animal fore substantiam. igitur ⁊c. Simili modo exponatur ista. necessario animal est futurum substantia. ¶ Secundo nota ꝙ termini communes non distributi in propositiōe de ly necessario. stant confuse tantum immobiliter: ⁊ distributi confuse distributiue immobiliter. exemplum primi. necessario homo est animal. exemplum secundi. necessario omnis homo est omne risibile. in secunda aūt exponente istius. necessario homo est animal. que erit ista. s. non potest esse quin homo sit animal. stant illi termini. iterum confuse tantum immobiliter: cuius ratio est: quia ibi sunt tria signa: quorū vnum. s. ly potest tollit descensum ⁊ alia duo negatiua: quorum vnum est in ly quin. impediunt distributionem: ⁊ ita stabunt termini confuse tantum immobiliter. ¶ Sed tu dices quid de expositiōe ꝓpositionis de ly contingēter. respon. ꝙ est dicendum omnino sicut de ly necessario. duobus exceptis. Primum est: quia ꝓpositio talis exponitur per secundam affirmatiuā. exemplum. contingēter animal disputauit. sic expōitur. animal disputauit. ⁊ potuit esse ꝙ nullum animal disputauerit: seu nullum animal disputauisse. igitur ⁊c. Secundum est: quia in secunda exponente de ly cōtingēter. sicut in ista potest esse ꝙ nullum animal disputauerit. stat terminus confuse distributiue immobiliter ꝓpter duo signa: quorum vnum dat distributionē: scilicet ly nullū. ⁊ aliud tollit descēsum: scilicet ly pōt. ¶ Quantum ad secundum arguitur contra istos modos exponēdi: ⁊ primo sic. ista ꝓpositio est vera. necessario ens est deus. ⁊ exponentes sunt false. igitur nō sunt bone. patet cōsequētia cum maiori. ⁊ minor ꝓbatur: quia secunda exponens est falsa. s. non potest esse ꝙ ens nō sit deus: qđ probo: quia eius oppositum est verum. s. potest esse ꝙ ens non sit deus. est enim vna modalis de sensu composito habēs sic officiari. hec ꝓpositio est possibilis. ens nō est deus. que significat adequate ꝙ ⁊c. igitur ⁊c. modo patet ꝙ officians est vera: quia ista propositio. ens nō est deus. non solum est possibilis: sed vera: quia hoc nō est deus te demōstrato. ⁊ hoc est ens. igitur ens nō est deus. ¶ Secundo arguitur sic. ista est falsa. cōtingenter tu es vel tu nō es dato ꝙ ly contingēter cadat super tota disiunctiua: ⁊ tamen exponentes eius sunt vere. igitur talis expositio mala. patet consequētia cū maiori: quia necessario tu es vel tu non es: ⁊ minor ꝓbatur: quia ista est vera. tu es vel tu nō es. ⁊ similiter ista. potest esse ꝙ tu sis vel tu non sis. vt patet. ¶ Tertio arguitur ꝙ exponētes de ly contingenter. nō sunt bone sic. ab omni exposita ad exponentes debet valere consequentia de forma: sed ab ista. contingēter homo est albus. ad exponentes datas non valet ꝯsequentia de forma. igitur ille nō sunt bone. patet consequētia cum maiori. ⁊ minor ꝓbatur: quia ly albus. in exposita stat confuse tantū immobiliter. ⁊ in secūda exponēte distributiue. modo a termino stante confuse tantū ad stantem distributiue nō valet ꝯsequentia de forma. vt patet. ¶ Ad primum conceditur ꝙ ista est vera. necessario ens est deus: ⁊ negatur ꝙ secūda exponēs sit falsa. ⁊ cum ꝓbatur ꝙ ista est falsa. non potest esse ꝙ ens nō sit deus: conceditur: sed dicitur ꝙ ista non est sua exponēs: sed ista. nō potest esse ꝙ non ens sit deus: seu ꝙ nullum ens sit deus. vbi ista negatio precedat ly ens. ⁊ cadat super dicto ꝓpositionis contradictorie. vt diximus supra: ⁊ sic patet ꝙ secūda exponens non erit falsa. ¶ Ad secundum conceditur ꝙ ista est falsa. contingēter tu es vel tu non es. ⁊ negatur ꝙ exponētes sint vere: immo dicitur ꝙ secunda est falsa. ⁊ dicitur ꝙ ista nō est sua exponens: sed ista. potest esse ꝙ tu nō sis ⁊ tu sis que est falsa. vt patet. ratio aūt huius est: quia cum ly necessario. caderet super disiūctiua: cuius prima pars erat affirmatiua: ⁊ secunda negatiua. ⁊ ly potest. in secūda exponente debeat cadere super dicto ꝓpositionis cōtradictorie: oportet ꝙ cadat super dicto vnius copulatiue: cuius prima pars sit negatiua ⁊ secunda affirmatiua: ⁊ hoc quia disiunctiua ⁊ copulatiua de partibus oppositis sunt ꝯtradictorie. vt patet in logica. ¶ Ad tertium dicitur ꝓ nunc ꝙ ista consequentia est bona de forma. ⁊ cum dicitur ꝙ a termino stante confuse tantum ad eundem stantem distributiue non valet consequētia de forma: dicitur ꝙ nō valet de tali forma: cum quo tamen stat ꝙ secundum aliā formam valeat: ⁊ sic est in proposito: quia talis consequentia. ꝯtingenter homo est albus. igitur potest esse ꝙ non homo sit albus est bona de tali forma scilicet ab exposita ad exponen-

tem: quia quelibet talis valet. ⁊ nõ est bona de tali forma a termino stante cõfuse. tñ ad stantem distributiue. ⁊ hoc ꝓbat arᵐ. ¶ Quantũ ad tertium sunt tres petitiões. Prima an ista sit possibilis ꝯtingēter si tu es homo tu sedes. Respon. ꝙ omnis ꝓpositio in qua ly contingenter cadit super conditionali est impossibilis. ⁊ sic data ꝓpositio fuit impossibilis. ratio aũt huius est: quia omnis cõditionalis est necessaria: aut impossibilis ⁊ nulla est ꝯtingens vt poteris considerare. ¶ Secũda petitio est ista. an ꝓpositiones de ly ꝯtingēter. ⁊ de ly necessario. in sensu cõposito semper repugnent. Respon. ꝙ sic. vnde iste ⁊ ꝯsimiles repugnãt contingēter antichristus erit. ⁊ necessario antichristus erit: cuius ratio est: quia exponuntur semper per ꝓpositiones cõtradictorias. vt patet in secunda exponente. ¶ Exquo sequitur ꝙ ista ꝓpositio implicat contradictionem. necessario contingēter antichristus erit. vt patꝫ. ¶ Tertia petitio. quid est dicẽdũ de istis aduerbijs de false possibilr ⁊ impossibilr. Respon. ꝙ ly vere. ⁊ ly false. possunt officiari secũdũ ꝙ dicit via cõmunis de ly veruꝫ. ⁊ de ly falsum. propositio aũt de ly possibiliter. vt ista. possibiliter tu es. potest sic ꝓbari. tu es. ⁊ potest eẽ ꝙ tu sis. igitur ⁊c. ⁊ forte sufficit tibi sola prima: quia si tam es potest esse ꝙ sis. Sed propositio de ly impossibiliter. non oportet ꝙ probetur: qꝛ quelibꝫ talis implicat contradictionẽ. vt impossibiliter chymera est. ⁊ hoc supposito ꝙ illa sit affirmatiua. ¶ Quarta petitio. quare magister preposuit capitulũ de officialibus huic capitulo. Respon. ꝙ hoc est ex eo ꝙ iste propositiones de ly necessario. aut contingenter. exponuntur per vnaꝫ de sensu composito de ly potest. que habet officiari. ⁊ sic presupponit capitulum de officialibus.

¶ Capłm de gradibꝰ comparationis.

Iam gradus ⁊c.

¶ In hoc capitulo sunt quattuor videnda. Primũ quomodo cõfundũt gradus comparationis. Secundum quomodo exponantur. Tertio est arguẽdum contra modum exponendi. Quarto ponentur petitões. ¶ Quantuꝫ ad primum dicit ꝙ ly. ita. sicut. ⁊ gradus comparatiuꝰ ⁊ superlatiuus secundum magistrum ⁊ secundum. P. M. confundunt confuse distributiue non absolute. sed ꝓ his in quibus cadit comparatio. exempluꝫ. si dicaꝫ. nix est ita alba aut albior homine. ly homine. non stat absolute pro omnibus hominibus. sed pro his in quibꝰ cadit comparatio. s. pro albis: sic ꝙ est sensus. nix est albior homine albo. ⁊ debet sub ly homine. descendi cum isto debito medio. s. ⁊ isti sunt omnes homines albi. aliter ista propositio eẽt falsa. vt pꝫ descẽdendo ad ethyopem que tamẽ apud oẽs conceditur. ¶ Quantũ ad secundũ ponit ista distinctio ꝙ ꝓpositio de gradu positiuo: aut cõparatiuo ⁊ suplatiuo: aut est affirmatiua: aut negatiua. si negatiua. probať per suaꝫ affirmatiuam. sicut pꝫ de ista. non tu es ita albus sicut nix. si vo sit affirmatiua hoc tripliciter: qꝛ vel ipsa est de pñti: aut preterito: aut futuro. Si pmum expone illã per tres. sicut dicit magř. exempluꝫ. nix est albior hoie. dicas sic. nix est alba ⁊ hõ albꝰ est albꝰ: ⁊ nõ homo albꝰ est ita albus sicut nix. igitur ⁊c. Si vero sit de preterito. hoc dupliciter: quia vel talis propositio est de simplici comparatione. sicut ista. tu fuisti albior sor. aut de duplici: sicut ista. tu fuisti albior ꝙ̃ fuerit sor. Si pmum. non debes eam imediate exponere: sed debes eam reducere ad certũ tempus vel instãs. ⁊ deinde probare per regulas magistri. exemplũ. ista. tu fuisti albior sor. sic ꝓbatur. in a. instanti. vel in b. instanti. vel tẽpore. tu fuisti albior forte. igitur tu fuisti albior sor. ista ꝯsequentia est bona. ⁊ antecedẽs est verum. igitur ⁊ ꝯsequens. ⁊ deinde id antecedẽs ꝓbatur sic. in a. istanti tu fuisti albus. ⁊ in eodẽ a. istanti sor. fuit albus. ⁊ non in eodẽ a. sor. fuit ita albus sicut tu. igitur ⁊c. Si autem ꝓpositio talis sit de duplici comparatione imediate exponitur: ⁊ non oꝫ istam inferre ex alia reducendo ad instans. vt pꝫ a Paulo in quarta ꝯclusione huius capituli ⁊ capituli sequẽtis. exemplum. ista. tu fuisti albior ꝙ̃ fuit plato. ⁊ consimiles: siue de gradu positiuo siue ꝯparatiuo imediate exponiť sic. tu fuisti albus. ⁊ plato fuit albus. ⁊ non plato fuit ita albus sicut tu. igitur ⁊c. Si aũt ꝓpositio sit de futuro. distingue similř: qꝛ vel est de simplici comparatione: aut ð duplici. ⁊ dicas sic de illa ð pterito. ⁊ ista sũt de itentione magistri hic ⁊ in secundo dubio. argumento. 24. ⁊ est ista distinctio vtilis istis tribus capitulis de gradibus comparationis. ¶ Quantum ad tertium arguitur contra modos exponendi. ⁊ primo contra modum positiui: qꝛ ista consequentia nõ valet. tu es albus. ⁊ homo albus est albus. ⁊ non hõ albus est albior te. igiť tu es ita albus sicut hõ. igitur exponentes iste non sunt bone. patet consequentia. ⁊ antecedens probatur: quia vbi tu solus eẽs albus esset antecedens verum vt patet. ⁊ consequens falsum: quod probatur: quia ex isto cõsequente ratione comparationis videtur seqꝫ ꝙ aliquis homo alius a te sit albus: qđ est falsum in casu. ¶ Secũdo arguiť contra expõnẽ comparatiui sic. ista cõsequentia non valet. a.

est magnū. demonstrato vno infinito. ⁊ sor. est magnus. ⁊ nō sor. est ita: aut tante magnus: sicut a. igitur a. est maius sor. igitur exponentes Pauli non sunt bone. pꝫ ꝯña. ⁊ aūs ꝓbatur: qꝛ aūs est veꝝ. dato ꝙ a. sit vnū infinitum. vt pꝫ. ⁊ ꝯñs falsum: qd̓ ꝓbaꝶ dupliꝶ. ṗmo qꝛ iter infinitū ⁊ finitū nulla est ꝯparatio. Secundo: qꝛ ex isto ꝯñte seq̄tur falsum. seq̄tur eni. a. est maius sor. igitur sor. est mioꝛ a. ⁊ vltra. sor. est minoꝛ a. igitur tam sor. q̄ꝫ a. est paruū. ⁊ sic seq̄tur ꝙ infinitum est paruuꝫ: qd̓ est falsum. ¶ Sed forte dī ad hoc ꝙ non valet ista ṗma ꝯsequentia. scilicet. a. est maius sor. igitur sor. est minoꝛ a. Contra. si a. est maius sor. igiꝶ ab a. ad sor. est ꝓportio maioris inequalitatis: sed ꝓportio maioris ineq̄litatis est maioris ad minus. igiꝶ sor. ē minoꝛ a. ¶ Aliȷ̄ forte negarent secundā ꝯsequentiam. s. sor. est minoꝛ a. igitur tā sor. q̄ꝫ a. est paruum: sed ista vt pꝫ tenet a comparatiuo ad positiuum. ¶ Tertio contra idē argr̄ sic. ille modus exponendi non est bonus qui vltimate nō reducitur ad imediata. ⁊ ad resoluētes: sed iste est huiusmodi. igitur nō est bonus. pꝫ ꝯsequentia cum maioꝛi. ⁊ minoꝛ ꝓbatur: qꝛ hic fit circulus in ꝓbatiōibus: qꝛ comparatiuus probatur per positiuū. ⁊ positiuus per comparatiuum. ⁊ sic ibitur in ifinitum. ¶ Quarto argr̄ ꝯtra exponentes superlatiui: qꝛ non seq̄tur. sor. est fortis. ⁊ isti sunt fortes. ⁊ non aliq̄s istoruꝫ est fortioꝛ sor. igr̄ sor. ē fortissimus istorum. igitur exponentes magistri sunt male. pꝫ ꝯsequentia. ⁊ aūs ꝓbatur: qꝛ posito ꝙ per ly isti. demonstrentur Plato ⁊ Cicero: quoꝝ q̄libet sit minus fortis q̄ꝫ sor. est antecedēs verum vt pꝫ. ⁊ ꝯsequēs falsum: qd̓ ꝓbo: qꝛ ex ista. sor. est fortissim⁹ istorum. ratione suplationis seq̄tur ꝙ sor. sit vnus de illis duobus: qd̓ est falsum: vt pꝫ. igitur ipsa est falsa. ¶ Quinto argr̄: qꝛ videtur ꝙ quarta ꝯclusio magr̄i sit falsa. s. aliquod est maximum istoꝝ. qd̓ non est maximū istoꝝ. vel ly qd̓. refert ly ens. iclusum in ly aliquod. aut ly maximum. aut ly istoꝝ. Si tertiuꝫ. seq̄tur ꝙ ibi est mala latinitas. si ṗmū. seq̄tur ꝙ ly qd̓. est resolubile in ⁊. ⁊ ille illa illud. per regulam de relatiuo. ⁊ sic ꝓpō est falsa: qꝛ equalet huic. s. aliquod ens est maximum istoꝝ. ⁊ illud ens qd̓ ē maximū istorum non ē maximum istoꝝ: qd̓ est impossibile. Si dicitur secūdum. seq̄tur idem: qꝛ etiā illud relatiuum qd̓. debet resolui. exquo nullū ē impedimentū. ¶ Ad ṗmuꝫ negatur ꝙ ille exponentes non sint bone. ⁊ cum dī ꝙ illa ꝯsequentia non valet: qꝛ antecedēs est veꝝ. ⁊ ꝯsequens falsum. negaꝶ. ⁊ dī ꝙ dato ꝙ tu soluꝫ sis albus. ista ē vera. tu es ita albus sicut hō: qd̓ pōt probari per dicta magistri: quia tu es ita albus sicut tu. ⁊ tu es omnis homo albus. igitur tu es albus sicut homo. nec ex isto seq̄tur ꝙ homo alius a te sit albus: sicut dicebatur in argumēto. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ concludit. ⁊ ꝙ vltra exponentes pauli oꝫ ponere quartaꝫ exponentem: ita ꝙ ista ⁊ consimiles. a. est maius sorte. sic probatur. a. est magnum. ⁊ sor. est magnus. ⁊ taꝫ a. q̄ꝫ sor. sunt finite magni. ⁊ nō sor. est ita magnus sicut a. igitur a. est maius sor. ⁊ sic patet ꝙ sicut ꝯsequens erit falsum. ita ⁊ antecedens pro parte secunda. ⁊ cōsequentia pꝫ. ¶ Ad tertium tu responde. ¶ Ad quartū dicitur ꝙ concludit. ⁊ dicitur ꝙ ista. sor. est fortissimus istorum. sic habet exponi. sor. est aliquis istorum. ⁊ ē finite fortis. ⁊ isti sunt finite fortes. ⁊ nullus istorum non sor. est ita fortis sicut sor. vel nullus istorū non sor. est fortioꝛ sor. igiꝶ ⁊c. ¶ Ad vltimum dicitur ꝙ ista conclusio mihi videtur falsa: sicut etiam dicit Petr⁹. M. ⁊ argumentum probat. scias tamen ꝙ intellectus magistri fuit bon⁹. ⁊ iudicio meo est iste. vt patet per suas exponentes. s. ꝙ aliquid vt ipsum a. sicut ipse dicit est maximum inter ea. quoruꝫ nullum est maximum illorum trium. ⁊ iste sensus est verus.. ¶ Quantuꝫ ad quartum restāt petitiōes. ṗma. an iste stent simul. tu fuisti maioꝛ sorte. ⁊ tu fuisti minoꝛ sor. Rñ° ꝙ sic. qꝛ posito ꝙ heri fueris maioꝛ sor. ⁊ ṗdie heri minoꝛ. iste essent vere vt patet: quia non habent imediate exponi. sed reduci ad istans sic. heri in a. istanti. vel tempore tu fuisti maioꝛ sor. igitur tu fuisti maioꝛ sor. deide probatur antecedēs exponibiliꝶ sic. heri in a. istanti vel tēpore tu fuisti finite magnus. ⁊ in eodem a. sor. fuit finite magnus. ⁊ non in eodem instanti sor. fuit ita magnuꝫ sicut tu. igitur ⁊c. Et ita dicatur de ista. tu fuisti minoꝛ sor. ¶ Secunda petitio. an ista sit possibilis. sor. est albioꝛ homine. Respōdetur de intentione magistri ⁊. P. Mātuani. ⁊ clientonis ⁊ aliorum ꝙ non: quia gradus comparatiuus distribuit ly homo. ꝓ omnibus hominibus albis. ⁊ ex consequēti pro sor. ¶ Unde generaliter omnis ꝓpositio affirmatiua de cōparatiuo habens ṗmum terminum comparatiōis ꝯuertibilē: aut inferius ad scd̓m terminū cōparatōis distributū est impossibilis: sicut pꝫ de istis. homo aut risibile est albioꝛ homine. ⁊ sor. est albioꝛ homine. ¶ Et si tu diceres dicēdo. sor. est albioꝛ homine. ly homine. distribuitur pro omnibus hominibus albis aliȷ̄s a sor. ⁊ a primo termino comparatiōis. ⁊ sic propositio ista est possibilis. Respondetur ꝙ secundum dicta ⁊ secundum istos doctores hoc nō est verum. imo gradus comparatiu⁹ distribuit terminum a se rectum etiam pro primo extremo: aut pro significato primi extremi comparatōis. ¶ Tertia petitio. an sicut ista ē ipossibi

lis sor. est albior homine: ista ⁊ ista sor. est albissimus hominū. respon. ꝙ nō: qꝛ gradus suplatiuus nō distribuit ꝓ p̄mo termino comparationis. sicut cōparatiuus. vt pꝫ in exponētibꝰ.
¶ Quarta petitio. an valeat ista ꝯsequentia. ego sum ita albus sicut tu. igiť tu es ita albus. sicut ego. respon. ꝙ non. vnde generaliter res magis talis puta alba vel nigra comparata rei que est minus talis est ita aut tāte talis. sicut illa: ⁊ nō ecōuerso. volo dicere q̄d res que est alba. vt octo. gratia exempli. est ita aut tante alba. sicut ista que est vt duo: ⁊ nō econuerso: qꝛ ly ita aut tante non dicunt p̄cisionē.
¶ Quinta petitio est ista. an sequatur. tu eris maior sor. igiť tu eris maior q̄ꝫ eris sor. respondetur ꝙ non: qꝛ antecedēs est simplicis cōparationis ⁊ reducit ad o. antequā exponatur: ⁊ ꝯn̄s est de duplici ⁊ nō sic reducitur: ⁊ ita stat oppositū ꝯn̄tis cū antecedente in casu facto in p̄ma petitiōe. vt pꝫ: nec etiā valet ecōuerso. vt pꝫ: qꝛ posito q̄d nūq̄ꝫ eris simul cum sor. ⁊ eris pedalis ⁊ sor. ꝯtinue semipedalis est an̄s verꝫ. vt pꝫ per exponētes. ⁊ ꝯn̄s falsum: qꝛ ex illo. sequiť ꝙ tu eris simul cū sor. vt pꝫ reducēdo ad o. qd̄ esset falsuꝫ in casu. ſm tamē Petrū. M. habemus dicere istā ꝯn̄tiam valere: qꝛ ipse nō ponit differentiā inter ꝓpositionem de duplici ⁊ de simplici comparatiōe: sed hoc licet sit verum nō est secundū dicta cōmunia.

¶ Capitulum de ly differt.

DIffert aliud ⁊c. ¶ In hoc capľo videbuť tria. p̄mo modus exponēdi. Secundo argueť ꝯtra. Tertio erūt petitiones. ¶ Quantū ad p̄mum diꝫ ꝙ ꝓpositio de ly differt: aut est affirmatiua: aut negatiua. si negatiua ꝓbatur per affirmatiuā. vt pꝫ. si affirmatiua: aut de p̄senti: aut de futuro: aut de preterito. si de p̄senti expone illā per tres. vt dicit Paulus. exemplū. tu differs ab asino expone sic. tu es ⁊ asinus est. ⁊ tu nō es asinus. igř ⁊c. si sit de futuro nō debes eam imediate exponere: sed reducere ad certum o. vel tp̄s ſm magistrū argumēto. 22. p̄mi dubij. exemplum. si vis ꝓbare istā. tu differes ab asino. dicas sic. i a. o. vel tēpore tu differes ab asino. igiť tu differes ab asino. ⁊ facta tali illatiōe ꝓba an̄s sic. in a. o. tu eris: ⁊ in a. o. erit asinꝰ. ⁊ nō in a. o. tu eris asinus. igř ⁊c. Et similř de p̄terito dicať: ⁊ nisi fiat talis reductio nō eēt bona ꝓbatio. sicut ēt dcm̄ est de gradu cōparatiuo ⁊ esset falsa ista ꝓpō tu differes ab asino. q̄ tn̄ ſm cōem viam concediť: ꝙ aūt esset falsa. pꝫ: qꝛ tu nō differes ab asino: q̄ erit post mille annos: ex quo nō eris secū. ¶ Quantū ad 2m arguiť ꝯ modū exponendi positum hic a magřo: qꝛ si talis modus eēt bonꝰ. seq̄tur ꝙ valeret ista ꝯn̄a de forma. tu eris ⁊ sor. erit qn̄ tu eris. ⁊ tu nō eris sor. igiť tu differes a sor. ſꝫ ista nō valet. igiť talis modus est malus. ꝯn̄tia pꝫ cū maiori. ⁊ minor ꝓbať multipľr. ⁊ p̄mo sic. a termio stāte ampliatiue ad eundē stanteꝫ appellatiue. ⁊ ecōuerso nō valet ꝯn̄tia de forma: ſꝫ hic arguiť a termino stāte ampliatiue ⁊c. igiť. pꝫ ꝯn̄tia cuꝫ maiori. ⁊ minor ꝓbať: qꝛ ly sor. in exponēte stat ampliatiue. vt pꝫ. ⁊ in exposita appellat t[illegible] futurum. ¶ Secūdo ꝓbať illa minor sic. istiꝰ ꝯsequētie antecedēs est verꝫ. ⁊ ꝯn̄s falsuꝫ. igiť ipa nō valet. pꝫ ꝯn̄tia. ⁊ an̄s ꝓbať. ⁊ pono ſm intētionē Petri. M. vel saltē ad imaginationem ꝙ a. aia sit separata a corpore b. ⁊ stabit sic per annū: ⁊ in fine vnieť hec aia corpori ex q̄bꝰ resultabit sor. ⁊ pono ꝙ tu eris solū per medietatem istiꝰ anni. tūc pꝫ antecedēs eē verꝫ ꝓ p̄ma ⁊ tertia parte. ⁊ secūda ꝓbať: qꝛ iste binarius ex a. anima ⁊ b. corpore erit quādo tu eris: qꝛ in medietate huiꝰ āni: ⁊ iste binariꝰ est vel erit sor. qꝛ erit sor. in fine āni. igiť sor. erit quando tu eris. Qd̄ aūt ꝯn̄s p̄ncipale sit falsum. ꝓbať: qꝛ ꝑ regulā dictā in appellatione tēporis ista. tu differes a sor. significat quod tu differes ab eo q̄d erit sor. ꝓ tp̄e pro quo differes ab eo: q̄d est falsum. ¶ Et ꝯfirmať ꝙ ille modus exponendi nō sit bonꝰ: ⁊ pono ꝙ tu nō eris adequate cum antichristo. sed eritis in eodē centenario annoꝝ. tūc pꝫ istam esse falsam. tu differes ab antixp̄o: ⁊ tn̄ iste sunt vere. tu eris ⁊ āntichristus erit quādo tu eris: qꝛ in tp̄e in quo tu eris puta in cētenario isto: ⁊ tu nō eris antixp̄s. vt pꝫ. ¶ Secūdo p̄ncipalř ꝯtra illū modū exponēdi arguiť sic. ex illis exponētibus seq̄tur ꝙ tp̄s erit: ſꝫ tp̄s fore est impossibile. igiť ille exponētes sunt male. pꝫ ꝯn̄a cū maiori. ⁊ minor ꝓbať: qꝛ da tu oppositū. s. ꝙ tp̄s erit. puta hora futura que voceť a. ⁊ arguitur ꝙ nō erit: qꝛ medietas p̄ma a. hore nō erit. igiť a. hora non erit. pꝫ ꝯn̄a. ⁊ antecedēs ꝓbať: qꝛ da tu oppositū. s. ꝙ p̄ma medietas a. hore erit: ⁊ appelleť b. ⁊ secūda c. ⁊ arguiť ꝙ ista sit falsa. b. medietas erit: qꝛ ista habet sic ꝓbari. hoc erit. ⁊ hoc est vľ erit b. medietas. igitur b. medietas erit. vbi pꝫ ꝙ secūda resoluens est falsa: q̄d ꝓbo: qꝛ nōdū est medietas. vt pꝫ cū nōduꝫ sit: nec erit medietas. q̄d ꝓbo: qꝛ vel b. erit medietas quādo c. erit: aut qn̄ c. nō erit. non p̄mū: qꝛ quādo b. erit c. nō erit. ex quo successiuo repugnat habere partes simul: nec ēt quādo c. non erit: qꝛ b. tūc nō erit medietas: qꝛ nihil erit medietas nisi dū erit cū alia medietate sui totius. Sed quādo c. nō erit b. nō erit cum alia medietate sui totiꝰ. igiť b. tūc nō erit medietas: ⁊ sic patꝫ

ꝙ partes successiuiꝭ nō erunt: ⁊ ex ꝯsequēti ꝙ successiuū vt tp̄s ⁊ motus nō erūt: qđ fuit probandū. ❡ Ad p̄mū dī ꝙ argumentū bn̄ ꝓbat ⁊ dī de intētiōe magr̄i loco supra allegato ꝙ talis ꝓpō dꝫ p̄us reduci ad o. ⁊ deinde ꝓbari. si aūt non velis illā sic reducere ⁊ velis tenere modū positū hic in logica parua dic ꝙ ista ⁊ ꝯsimiles. tu differes a soꝛ. sic dꝫ exponi. tu eris ⁊ erit soꝛ. adequate qn̄ tu eris ⁊ tu nō eris soꝛ. sic q ly soꝛt. in secūda exponēte appellet sicut in exposita. ⁊ tūc cessat argumētū p̄mū cū suis ꝯfirmatiōib⁹: qꝛ dr̄ ꝙ minores in illis ꝯfirmationib⁹ erūt false si sic sumantur. vt pꝫ ex casu. ❡ Ad 2^m p̄ncipale ꝯcedit̄ ꝙ successiuū erit ⁊ ꝙ a. hoꝛa futura erit: ⁊ cū arguit̄. b. medietas nō erit. igit̄ a. hoꝛa futura nō erit: bn̄ respōdēdo negaret̄ ꝯsequentia. vt negat. P. M. tn̄ ꝓ nunc negat̄ an̄s. ⁊ dr̄ ꝙ b. medietas erit. ⁊ dicitur ꝙ ista est vera. b. erit medietas. ⁊ cū dī. aut quādo c. erit aut quādo c. nō erit. dr̄ ꝙ quādo c. erit: qꝛ b. erit medietas in a. hoꝛa in qua ēt c. erit. ideo erit medietas quādo c. erit. ⁊ cū dr̄ ꝙ successiuo repugnat hr̄e partes simul. dr̄ ꝙ veꝝ est. si ly simul dicat adequationē. sin autē nō repugnat. sicut est in ꝓposito. vnde licet b. erit qn̄ c. erit: nō tamē b. erit adequate cum c. ❡ Quantū ad 3^m sit p̄^a petitio. quō stat ly asino. in ista. tu differes ab asino. rn̄º. sꝫ. P. M. capl̄o ꝓpō. ꝙ ly asino. stat distributiue absolute ꝓ oibus asinis futuris. ⁊ sic ꝓpositio est falsa sm̄ ip̄m: qꝛ tu non differes ab asino qui erit post te. Sed sm̄ magr̄m dr̄ ꝙ ly asino. stat distributiue nō ꝓ omnib⁹ asinis futuris. sed pro his q̄ in certo tp̄e erunt tecū: qꝛ ista hꝫ reduci ad o. ⁊ sic ꝓpō est vera: ⁊ ita precise dc̄m est superi⁹ de cōparatiuo. ❡ Sꝫ tu dices. P. M. ꝯcedit istā in capº appellationū. vt pꝫ. ❡ Respōdeo ꝙ ipse ibi nō loquebatur de intētione ꝓpria vel si sic ꝯdixit. ❡ Scd̄a petitio. an iste stent simul. tu differes ab albo. ⁊ tu eris alb⁹. rn̄º. ꝙ sm̄ modū exponendi positū in p̄ncipio ille stant simul: qꝛ stat ꝙ in certo tempoꝛe puta cras tu differes ab albo: ⁊ tamen post cras eris albus. sicut etiam iste stabāt simul. tu eris maioꝛ soꝛ. ⁊ tu eris minoꝛ soꝛ. Sed exponēdo ly differes sm̄ modū positū a magistro hic in logica parua: aut sm̄ opinionem. P. M. ille repugnant. vt pꝫ. ❡ Tertia petitio. an ista sit vera. populus est differēs ab asino. respon. ꝙ ly differens pōt teneri participialiter ⁊ nominaliter. Si p̄mū. ꝓpositio est vera. sicut ista. cui equiualet. s. populus differt ab asino. si secundum. dicit̄ ꝙ illa est falsa: quia significaret ꝙ populus eēt aliqua res que differret ab asino: qđ est falsum: qꝛ ppl̄us nō est vna res. vt pꝫ.

❡ Capitulum de exclusiuis.

Xclusiuaꝝ ⁊c. ❡ In isto capitulo tria faciā. Primo ponā vnū notabile. Scd̄o arguā ꝯtra magr̄m. Tertio ponā petitōes. ❡ Quātū ad p̄mū est sciēdū ꝙ iste sunt dictiones exclusiue. s. tm̄ solus tantūmodo solū solūmodo ⁊ p̄cise. Sed ly tantū ⁊ ly solus tenētur dupl̄r. vno modo adiectiue. ⁊ tunc sunt noīa cathegoꝛematica nō facientia ꝓpōnē exclusiuā: ⁊ nō habētia vim ꝯfundēdi. exemplū vni⁹. tu vides tm̄ spaciū q̄ꝫtum soꝛ. exēplū alteri⁹. solus soꝛ. cur. ⁊ est sensus ꝙ soꝛ. q̄ est solus currit. ❡ Alio modo tenentur ille dictiones exclusiue. ⁊ sic sunt termini sincathegoꝛematici habētes vim ꝯfundēdi p̄cise ꝑ cōtrariū q̄ꝫ signū vl̄e. s. subm̄ ꝯfuse tm̄ mobiliter ⁊ p̄tum ꝯfuse distributiue mobiliter. ⁊ faciunt ꝓpōnem exponibilē. vt tm̄ hō currit. ⁊ solus soꝛ. currit. ⁊ exponunt̄. vt dicit magr̄ sic. homo currit. ⁊ nihil nō hō currit. igit̄ ⁊c. ❡ Quātū ad 2^m arguit̄ ꝯ modū exponendi datū a magistro. ⁊ p̄mo sic. ista ꝯn̄tia nō valet. populus est aggregatum: ⁊ nihil nō populus est aggregatum. igit̄ tantū populus est aggregatum. ⁊ tm̄ hic arguit̄ sm̄ modū magr̄i. igit̄ talis modus est malus. pꝫ ꝯn̄tia cū minoꝛi. ⁊ maioꝛ ꝓbat̄: qꝛ ꝯn̄s est falsum. vt pꝫ. ex quo cumulus granoꝝ est aggregatum. ⁊ nō est ppl̄s. ⁊ antecedēs est veꝝ ꝓ p̄ma parte. s. ppl̄s est aggregatū. ⁊ scd̄a ꝓbat̄. s. nihil non ppl̄s est aggregatū: qꝛ da tu oppositū. s. aliq̄d nō populus est aggregatū. ⁊ pꝫ ꝙ hoc est falsum: qꝛ tunc vnū esset multa entia disiunctiua: qđ est falsum. ❡ Pro solutione huius argumēti. nota ꝙ in exponendo ꝓpōnem exclusiuā affirmatiuam p̄mi oꝛdinis vbi nō est negatio pōt eē erroꝛ. ideo distingue sic: aut nota exclusionis cadit sup̱ termio ipoꝛtante numeꝝ aut nō. si p̄mum ꝓbat̄ per notam pluralitatis. exēplū. tm̄ tres hoīes currūt expone sic. tres hoīes currunt ⁊ nō plura q̄ꝫ tres hoīes currunt. igit̄ ⁊c. Si secundū hoc dupliciter: qꝛ vel nota cadit sup̱ termio q̄ pōt stare ꝓ re vna: aut non. Si 2^m expone ꝑ negatiuā in numero plurali. exemplū. tm̄ populus est aggregatū. expone sic. populus est aggregatū: ⁊ nulla nō ppl̄s sunt aggregatū. igit̄ ⁊c. ❡ Sil̄r dicat̄ de ista. tm̄ domus aut exercit⁹ est aggregatū. si aūt sit p̄mū. tunc expone. vt dicit magr̄ in textu. ❡ Isto stāte pꝫ sol̄o ad argumētū. dī. n. ꝙ nō valet ꝯn̄a illa: qꝛ 2^a exponēs nō bn̄ sumit̄: sed dꝫ sic sumi nulla non ppl̄s sunt aggregatū q̄ est falsa. vt pꝫ: qꝛ duo hoīes de ppl̄o q̄ nō sunt ppl̄s sunt aggregatū. ❡ Quātum ad tertiū sit p̄ma petitio. an ista sit possibilis. tātū hō est. ⁊ foꝛte appꝫt ꝙ sic. Sed arg̱ ꝙ nō: qꝛ

